



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

M.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**



Carpentanorum 1635. in 4. licet ponat æram 715. an. Christi D. 677.

**LUPUS** Fælix de Vega Carpio, ex tertio Ordine S. P. N. Francisci, Poëta celeberrimus Hispanus, in libro dicto: Pastores de Belen, Prosa y versos, in soluta oratione, fol. 16. inquit: Advirtiendo con esto, que Ana su muger concibiria una hija llamada MARIA, que aun en su misma Concepcion seria del Spiritu divino, &c. Item, ibidem in ligata oratione, folio 98. inquit:

*Vos propiciatorio santo  
Vos templo de Salomon  
A donde golpe de culpa  
En ningun tiempo se oyó.  
Vos limpia Virgen hermosa  
Desde vuestra Concepcion  
Que como le fue posible  
Quien os hizo os resorvó.*

Vide alia quamplura ibidem. Lib. impr. Compluti 1618. in 4.

Item, in lib. de Sancto Isidoro Matritensi, folio 160. & folio 188. agit de Nativitate ac Genealogia Virginis MARIE, & in Poëmate ad finem libri vocat *Deiparam intactam* semper atque inviolatam. Lib. impress. Matrili 1602. in 8. cum imagine Immaculatae Conceptionis in principio.

Item, in libro: La Virgen de la Almudena Poëma Historico, sparsim per totum librum, ex quo hæc pauca transcribo, à folio 12. & 18.

*Imita al dueño de quien fue traslado  
Que no admitio carcoma de pecado.  
Sois de Jardin de Dios sellada fuente,  
Donde jamas tocó ponzoña alguna.*

Lib. impress. Matrili in 8. magno absque anno impress.

Item, edidit Comœdiam Hispanicè sub hoc titulo: *La limpieza no manchada*, id est, de Conceptione Immaculata Virginis MARIE, estque nona in decima nona parte. Impress. Vallisoletani anno 1624. in 4.

Item, in Poëmate ad Franciscum de la Cueva, agit de puritate Conceptionis Virginis MARIE; ut videre est ejus in libro ad finem.

Item, extat quoddam Opusculum Hispanicum, sub hoc titulo: Coloquio Pastoral en alabanza de la limpiſsima Concepcion de la Virgen Santissima N. S. concebida sin pecado original. Lleva al fin un Romanze muy gracioso en vizeaino en confesion desta verdad. Impress. primò Malacæ, deinde Hispali 1615. in 4. Incipit: Gué mi razon, &c.

Item, extat aliud sub hoc titulo: Conceptos divinos al santissimo Sacramento y à la Virgen nuestra Señora, prosiguiendo los coloquios de Lope de Vega. Impressos con licencia en Sevilla, an. de 1615. suntque de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, & incipiunt: Ya comienzas el Pastores.

**LUPUS** Fernandez de Luna, Archiepiscopus Cæsaraugustanus, in quarta Synodi convocatione habita anno D. 1378. statuit, præcepit & ordinavit, voluit & mandavit, quòd de cætero festum Conceptionis Beate MARIE Virginis, quod est 8. die mensis Decembris, per civitatem & totam Dicecesim Cæsaraugustanam singulis annis perpetuis temporibus celebretur, colatur & servetur, ab omni servili & feriali opere quiescendo: quadraginta dies indulgentiar. omnibus verè penitentibus & confessis festum præfatum colenti-

bus de omnipotentis Dei misericordia concessit, &c. Sic extat in quodam manus. Opusc. apud nos existente in fol. Vide etiam Armament. col. 283. & Marrac. in Antist. Marian. fol. 369.

**LUPUS** Pæz, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Origen, aumento, y estado de la venerable Orden Tercera de Penitencia, de Milla ac indulgentiis Conceptionis Virginis MARIE agio fol. 290. Lib. impress. Matrili 1629. in 16.

## M

**MACHARIUS** Philadelphensis, Oratione 2. in Barbarorum incursum, vocat *Deiparam* Paryperegologemen dominam, id est, absque omni maledictione culpa. Vide Eusebium Nieremberg. libro Exception. cap. 13. folio 169.

**MACHARIUS** Simeomo, D. Michaelis Antuerpiæ Ordinis Præmonstratensis Abba, Sacræ Theologiæ Licent. ac Professor Belgæ, in Theſibus Theologicis de Peccatis, &c. publicè habitis die 12. & 13. Julij 1647. folio 8. Conclus. 9. hæc habet: Beatissima Virgo, etiam posito Augustiniano illo traductionis modo, per singulare privilegium à peccato originali exiit potius ut nunquam hoc de facto contraxerit, aliq̄ue ne non quidem instanti inquinata fuerit. Atque ita reip̄a contigisse, tum ob Virginis Matris honorem, tum ob majorem Sedis Apostolicæ in partem illam propensionem, sustinemus. Quem omnimodum candorem tam ab originali, quam actuali macula per candidam vestem à Virgine Deipara sanctissimo P. N. Norberto allatam, significari existimamus. Impress. Antuerpiæ, eodem anno in 4.

Item, in Conclusionibus de Universa Theologia habitis die 13. Julij in sacris Solenniis Sancti Norberti, anno 1649. folio 3. Conclus. 10. sic inquit: *Deipara Virgo à peccato originali immunis fuit.* Impress. Antuerpiæ, eodem anno in 4.

**MACRI** Cæstrum in Italia in ditione Ducis Sabaudiz, habet Conventum Ordinis Minorum, sub titulo *Dei, yæ Immaculatae Conceptionis*, qui fuit constructus die 30. Julij, anno 1611. sumptibus Francisci de Merisani Tertiarij nostri Ordinis, & Ecclesia fuit consecrata ab Illustrissimo Domino Petro Francisco Costa Albinger Episcopo die 18. Octobris, anno 1636. Quæ omnia constant ex relatione authentica nobis missa ex eadem Provincia.

**MAFFÆUS** Barberinus Italus, postea Urbanus Papa VIII. cum esset Epif. Spoletanus iussu typis mandari Kalendarium Cathedralis Ecclesiæ Spoletanæ, in quo ad diem 8. Decembris habetur *Conceptio Beate MARIE Virginis* duplex; ut videre est in lib. impr. Perusie absque anno in 8.

Item, in libro à se conscripto ex diversis Carminebus tum Latinis, tum etiam Italis, strophe secunda, loquens cum Beata Virgine in Poësis Toscanis, tomo 2. folio 82. inquit:

*Questo fu il nodo marital ch' à Dio  
Te se diletta sposa  
Quin di al candor di Virgine amorosa.  
Di Madre in te seconda nata sumo.  
Fosti ab eterno eletta  
Essenza machia original conceita  
La pieta, &c.*

Lib. impress. Romæ 1638. in folio.

MAG.



**MAGDALENA** de Arriaga, femina Hispana, edidit Hieroglyphicum de Immaculata Conceptione Virginis **MARIE**. Impress. cum alijs in lib. Sancti Zapate de Conceptione, folio 145.

**MAGDALENA** de la Cueva & Sylva, femina Hispana, pro Immaculata Virginis **MARIE** Conceptione Poëta. Vide librum Francisci de la Cueva ad finem. Impress. Matriti 1625, in folio.

**MAHOMETES** Pseudo-Propheta Arabs Agarenus, in Alcorano juxta explicationem Beidavens, in Alcorano juxta explicationem Beidavens, inquit: Super quo pax dictum, seu Prophetæ fuit: Nemo ex natis nascitur, quem tempore nativitatis sathan non contrectet, quo contractu deformis homo redditur, **MARIA** contra & Filio ejus, &c. Hanc Mahometis auctoritatem quamplures Scriptorum Catholicorum adducunt, ut ex illa probent Virginem **MARIAM** fuisse conceptam absque originali peccato. Vide Joan. Henric. Hottingerum Tigurrinum, lib. 1. cap. 2. Historiæ Orientalis, fol. 93. ubi adducit sententiam seu explicationem ejusdem Beidavi interpres, sic: Sathanam seductionem seu depravationem tentare omni homini, ita ut vestigia facti ostendat, excepta **MARIA** & Filio ejus, quos Deus protegit benedictione hujus implorati auxilij. Verba autem originalia, quæ reperiuntur in Alcorano sur. 3. sunt hæc: O **MARIA** equidem Deus elegit te & mundavit te, & elegit te supra mulieres sæculi, &c. Et ego feci eam tuum implorare auxilium, ejusque generatione... à sathana maledicto lapidando, digno qui lapidibus obruatur.

**MANCIPIORUM** sanctissimi Christi Patrocii Confraternitas Matriti, fecit sequens votum: Forma del voto y juramento, que por el mystero de la Immaculada Conception de la Virgen **MARIA** nuestra Señora, hizo la Illustre, y Real Congregacion de Esclavos del santissimo Christo del Amparo, en la Iglesia de Minimos de S. Francisco de Paula desta Corte. Sabado 17. de Mayo de 1659. años. Escribiose por acuerdo de la Congregacion, su Secretario Don Joseph de Arriola, Criado de su Magestad en su Guarda de Alacallo. Para gloria y honrra de la santissima Trinidad, a quien confessamos Padre, Hijo, y Espiritu Santo, tres personas distintas y una divina essencia, y de la Reyna de los cielos la soberana Virgen **MARIA**, que para ser Madre de Dios fue concebida sin pecado original; sujetandonos en todos nuestros dichos. y hechos, y especialmente en los tocantes à este caso, à la correccion de nuestra Santa Madre Iglesia Catholica Romana, y al Beatissimo successor de San Pedro Alexandro VII. nuestro muy Santo Padre. Sea notorio y manifestado à todos, como la Real Congregacion de indignos Esclavos de Christo crucificado, cuya milagrosa imagen veneramos con advocacion del Amparo; haviendo ordenado en nuestras Constituciones celebrar con gran solemnidad la fiesta de mayor consuelo para todo el mundo, que fue el de su triunfo soberano en la Cruz; pues en ella, siendo Dios, se sujetò, por rescatar al Linaje humano, à morir como hombre, diciendo este ser natural nuestro de las purissimas entrañas de la purissima Virgen **MARIA**, Virgen antes del parto, en el parto, y despues del parto; y por esta tan singular honrra y gloria veneramos y adoramos, como Madre de nuestra redemption. En nuestras de nuestros rendidos a-

fectos consagramos el segundo dia de los tres que estan señalados en cada un año, para celebrar esta festividad en reverencia de su purissima Conception: teniendo por cierto piadosamente, que como el poderoso Dios obrò tan maravilloso y portentoso milagro en la integridad de su escogida Madre, así usò de su omnipotencia, preservandola para el instante de su Conception, de la comun mancha, que por el pecado de Adan se dilatò en sus sucesores, y fue concebida sin pecado original; y que de seguir esta piadosa y tanta opinion hazemos voto y juramento solemne à Dios por la Cruz, las palabras del Credo, y los santos quatro Evangelios, sobre que ponemos la mano delante del santissimo Sacramento, que con amor catholico, temor, y reverencia todos adoramos, y alabamos; de la preexcelso Virgen **MARIA** Madre de su Criador, y esperanza nuestra; de las nueve Angelicas Gerarquias, que la adoran por Reyna; del Principe de la Iglesia Apostol San Pedro, del inclito Patriarca S. Francisco de Paula (Titular y Patron deste sagrado Templo, y Religion que en su nombre està dedicado à Dios) de todos los Santos y Santas, que para gozar de la vision beatifica se valieron de su intercession, y de las personas que aqui estan presentes, que ponemos por testigos. Y que así lo afirmaremos en publico y en secreto, por todo el tiempo de nuestra vida, en cuya defensa (ayudandonos Dios) la pondremos. Y suplicamos, como à Madre, reciba este afectuoso obsequio, y interceda con su preciosissimo Hijo, que los que le reverenciamos crucificado en la tierra, le merezcamos gozar glorioso en el cielo. Y así mismo juramos y votamos de no admitir à nadie en nuestra Congregacion, sin que primero haga este juramento, que en su nombre tambien, y por los demas Congregantes ausentes aora hazemos en manos del Reverendissimo Padre Fray Pedro Mexia, Lector Jubilado, Provincial que ha sido de la Provincia de Castilla, y Predicador de su Magestad: primer movil y Asistente que fue desta Real y illustre Congregacion. Fecho en Madrid à 17. de Mayo de 1659. Don Joseph de Arriola Secretario. Impress. Matriti eodem anno in folio.

**MANFREDOUS** Basinus, Poëta Italus, in translatione imaginis **BEATÆ MARIE** Rhegiensis, ad illud: Rosa mystica, ita cecinit:

*Ver breve tellurem depingit flore caduco,  
Ver breve fert viola munera fertq; rosa.  
Asi hæc perpetui rosa fert ibi tempora veris,  
Tali quod semper flore vigente riget.  
Nil ..... sive ardens totam accenderit aestus,  
Sue terre facies languet, adusta timer.*

In lib. impress. cum alijs Poëtis, folio 12. Mutinæ 1619. in 8.

**MANFREDOUS** Manfredi, Sacerdos ac Rector Sanctæ Crucis Pjavæ, in libro dicto: Discursus prædicabiles supra Hymnum Beatissimæ Virginis Ave maris stella, discursu 2. folio 5. Quod **BEATA** Virgo **MARIA** fuit prima prædestinata post Christum Dominum. Item, discursu 7. fol. 51. Quod licet omnes fuerint filii iræ & mortis, **MARIA** per gratiam singulariter non fuit subiecta peccato, nec sub lege communi comprehensa, &c. Item, discursu 13. fol. 97. Quod primum privilegium Virginis **MARIE** fuit, quod ipsa fuit sine peccato, tanquam speculum sine macula, & non cum peccato originali, sicut fuerunt ceteri Sancti, &c. Lib. impress. Venetijs 1606. in 4.



**MANTUANUS** Marchio, Princeps Italus, fecit decantari Horas, & instituit Confraternitatem de Immaculata Virginis Conceptione, ut testatur Daniel Agricola in Corona Conceptionis, fol. 176.

**MANUALE** Fratrum Prædicatorum habet hæc verba: Quia Ordo Prædicatorum solitus est Sanctorum doctrinæ adherere, sustinuit hucusque opinionem BB. Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Bernardi, Gregorii, Bonaventuræ, & aliorum Sanctorum, quod Virgo fuit concepta in originali: sed iam de hoc non est curandum, cum sit materia nullius utilitatis & valde scandalosa, præsertim cum tota Ecclesia, cuius usus & auctoritas secundum B. Thomam prævalet dicto Hieronymi & cuiuscumque alterius Doctoris, iam asserit quod fuit præservata, &c. Lib. impress. Hispali per Joannem Valerianum à Salmantica, anno 1524. Vide Petrum à Mendoza in Monte Cælio, & Ant. de Lupian in Epitome, & Anonymum infra.

Item, aliud Manuale Sodalitatis Musiponti, adducit Considerationes de Conceptione Virg. in quibus agitur de eius præservatione. Item, ponit Bullam confirmantem prædictam Sodalitatem, & alias cum indulgentia pro die Conceptionis. Lib. impress. Coloniae . . . . . in 12. regali.

**MARCELLIANUS** Coeberghen, Ordinis Minorum Flander, in Conclusionibus habitis sub R. P. Carolo Bertandro in Comitibus Provinciae Flandriae die 6. Maij 1656. à folio 13. defendit Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec debitum contrahendi illud, fuisseque prorsus immunitæ, &c. latè ut videre est in lib. impress. Gandavi eodem anno in folio.

**MARCELLIANUS** à Judicaria, Ord. Minorum Italus, in Relatione Prov. S. Vigilii Episcopi & Martyris, inquit: In Conventu S. MARIE Gratiarum extat Societas Conceptionis cum suo Altari; in Conventu quoque S. Antonii Eletii Altare Immaculatae Virginis Conceptioni dicatum. Relatio huius Provinciae extat apud nos.

**MARCELLINUS** de Pise Matifconensis, Ordinis Minorum Gallus, in lib. Moralis Encyclopedia, &c. tom. 1. habet Tractatum seu Opusculum de Conceptione Beatæ Virginis MARIE, in quo eius illibata encomia probat ex Evangelio Liber generationis, ex Philosophiâ, Theologia, Mathematica, Astronomia, Astrologia, Hydrographia, Medicina, Jure Canonico, Jure Civili, Grammatica, & ex aliis. Quæ omnia reperies à fol. 619. usque 736. Lib. impress. Parisiis 1637. in 4.

**MARCELLUS** Ferdinandus de Bari, Abbas Olivetanus Italus, in sermone de laudibus Virginis, ad finem primæ partis, tomo 2. loquens de privilegijs Deiparæ asserit: Quod primum fuit ejus Conceptio absque peccato originali. Ita Andreas de Peruzzinis in Analyti Conceptionis articulo 2. fol. 109.

Item, in Sermonibus super omnes dies Quadragesimales, tomo 1. traducto Gallicè per F. A. S. Doctorem Theologum Ordinis Prædicatorum fol. 361. sermone de Incarnatione Verbi Divini, super illud: Ave gratiâ plena: Ille dixit Ave, ac si diceret, absque vâ, absque macula, absque dolore, & absque peccato, &c. Et folio 492. agit de ejus innocentia tam corporis quam animæ, &c. Impress. Parisiis 1613. in 8.

**MARCELLUS** Megalius, Schilacensis Clericus Regularis, in 3. parte Institutionis peregrinæ Confessariorum & penitentium, libro 4. capite 6.

folio 575. de Extravagante contra Prædicatores asserentes divam Virginem in peccato originali fuisse conceptam, & festum Conceptionis ejus celebrantes graviter peccare, &c. Lib. impress. Mutinæ 1621. in 4.

Item, edidit pias considerationes pro festo Immaculatae Conceptionis Virg. MARIE. Ita Hippolytus Marraccius in Catalogo Marian. ad annum 1642.

**MARCELLUS** de Ribadeneira, Ord. Minorum Hispanus, in libro de Corona V. MARIE, in illud: Ave MARIA gratiâ plena, agit de ejus Immaculata Conceptione latè. Neapoli 1605. in 4. Item, parte 2. ejusdem Coronæ, ad illud: Ave MARIA impetabilis Virgo, à folio 110. usque 118. Lib. impress. Neapoli 1606. in 4.

**MARCELLUS** Ruiz, Ordinis Sancti Bernardi Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: Discursos Evangelicos del misterio grande de la Concepcion Immaculada de MARIA sanctissima Señora nuestra, &c. Impress. Compluti 1659. in 4. cum imagine Immaculatae Conceptionis.

**MARCIAL** de Auvergne Gallus, & Procurator Parlamenti, edidit Tractatum metricè de Parentibus & genitoribus Virginis MARIE, &c. Et habet integrum Cantum de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, sub hoc titulo:

Tous ceux qui ont devotion

À la douce Vierge MARIE

Honorans sa Conception, &c.

Ubi latè agit de ejusdem festivitatis institutione, &c. Parisiis 1509. in 8.

**MARCIALIS** de Mans, Ordinis Penitentium, in libro: Les Pratiques de l'année sainte, &c. folio 489. de Immaculata Virginis Conceptione, concludit sic: J'ay specialement veu arriver beaucoup de profit par le moyen de N. Dame à des personnes molestées de la foiblesse de la chair, disant quelque prière en memoire de la porte dont elle fut conçue sans péché, & de la parète dont elle conçeut le Fils de Dieu. Lib. impress. Rothomagi 1651. in 8.

**MARCUS** Antonius Alegrede Cassanate, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro dicto: Paradisus Carmeliticus de eorum, ætate 2. not. 1. Quod V. MARIA sine originali culpa labæ fuit concepta. Item, Quod Sanctus Andreas Apostolus Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem ad Proconsulem Aegæam professus est verbis apertis. Item, Quod ab instanti suæ Conceptionis votum emisit virginitatis, statu 2. ætate 2. anno Christi 1. Lib. impress. Lugduni 1639. in folio. Vide etiam alia præamb. 36. ubi affirmat quod Patres Carmelitani fuerunt primi præcones Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE.

**MARCUS** Antonius Alos de Orraca, Ordinis SS. Trinitatis Hispanus, edidit Librum sub hoc titulo: Expositio in Genesim, cum sacris Allegorijs & Anagogis. Tom. 1. complectens octo prima capita, cum Tractatu & Appendice de immunitate à culpa originali B. V. MARIE & de ejus patrocinio. Lib. impress. Valentia 1657. in fol. Et Appendix habet folia seu pagin. 101. cum opusculo Roberti Gaguini.

**MARCUS** Antonius de Camus, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro: Microcosmia, y gobierno universal del hombre Christiano, &c. parte 3. dialogo 2. folio 12. affirmat: Quod Beata Virgo MARIA fuit flos & liliun candidum, sacratissimum atq. purissimum, &c. Impress. Barchinone 1592. in folio.

MAR-



**MARCUS** Antonius Capecius, Societatis Iesu Italus, de Immaculata Conceptione Virginis **MARIÆ** Discursus unum, in libro in scripto: Discursus excellentiarum Beatæ Virginis **MARIÆ**, in quo probatur Virginem fuisse conceptam in gratiâ & gloria. Neapoli 1630.

**MARCUS** Antonius Gallicus, Ord. Minorum Benitanus Italus, scripsit Lib. sub hoc tit. *Novum de Immaculata V. Conceptione encomium.* Impress. Venetijs 1626 in 4. & habet folia 211. absque indicibus.

**MARCUS** Antonius Georgius Bononienfis Italus, in libro de Vita Sancti Joannis & aliorum Apostolorum, &c. In Vita Sancti Andrea, folio 47. adducit illa verba Apostoli ad Ægeam: Mortem primum in nos intulit homo, & necesse propterea fuit, ut per pravariationis lignum in mundum ingressa hominem occidisset mors per lignum excludita passionis, ut victa excluderetur, & ut primus homo, qui hominem perdidit, de immaculata terra fuisset, ita de Immaculata cum Virgine nasci necesse fuit, &c. Lib. impress. Romæ 1570. in 4. Quæ verba communiter de Immaculata Virginis Conceptione interpretantur.

**MARCUS** Antonius Guarinus Ferrariensis Italus, in Compendio Historico de Origine & argumento atque prærogativis Ecclesiarum atque locorum piorum Civitatis & Diocesis Ferrariensis. lib. 2. fol. 274. agit de Confraternitate & Oratorio sanctissimæ Conceptionis Virginis **MARIÆ** prope Ecclesiam Sancti Francisci fundato auctoritate Guilelmi Episcopi Ferrariensis, cujus initium fuit, ut ibi dicitur, anno 1281. Et lib. 6. folio 463. de fundatione Ecclesie Conceptionis de Monte sancto, quæ postea facta est Parochialis S. Pauli, à Leone Episcopo Ferrariensi. Lib. impress. Ferrariæ 1621. in 4.

**MARCUS** Antonius Leo vel de Leone Italus, in libro: Corona Beatæ Virginis **MARIÆ**, agit de ejus Immaculata Conceptione. Impress. Tratijs ad annum 1632. in 4. ut testatur Marraccius in Catal. & Bibliot. folio 77.

**MARCUS** Antonius Martinengus, Doctor Italus, & Comes Venetus, in libro: Tramontalla servita de la santissima Vergine **MARIA** nostra signora, cap. 6. de Amore & benevolentia, quæ debet venerari ob suam innocentiam, folio 62. inquit: E con defusata pienezza si conpiacque d'additare quella sanctissima anima suo dall'istante della sua purissima Conceptione, per naturale consequenza ne conseguiranno tutte le virtu, &c. Lib. impress. Venetijs 1639. in 4. Vide nam latè prosequitur privilegia Conceptionis.

**MARCUS** Antonius Muretus, Poëta celebris, in Carminibus ad Beatissimam Virginem Laurentiam, de ipsa sanctissima domo sic inquit:

Hic Virgo genitura Deum, genitricis ab alio  
Prodit, & blandis multæ vagitibus auras.  
Hic quoque virginæ servata laude pudoris  
Sanctæ salutaris tumuerunt viscera sætu.  
Ille epifex cunctorum, illa æterno unica proles  
Æqua patri, illi homini primæva ab origine lapsa  
Spem celo vita inque ferens, hæc luxit in aula.  
Erat apud Antonium Posselinum in Bibliotheca selecta libro 17. fol. 451.

**MARCUS** Antonius Nata, Astensis Italus, Oratione de Domini Natali, folio 39. sic exclamatur: Quomodo porro **MARIÆ** uterus sanctitatis templum sanctissimo in opere esse potuisset, si virum

experta virginitatis florem posuisset? Quomodo Mater Domini delibata, Dux & Princeps carteris ad perpetuam castitatis delectum fuisset, &c. *Th. sanctissimus Matrem habere potes pollutam?* Dei Genitrix fuerit, cujus utero vitium additum sit? Cur non potius efficias quod potes, ut virum sine viro concipiam? Justa & officij plana postulatio. Lib. impress. Venetijs 1564. in folio. Si erat indecens quod illa femina, quæ futura erat Dei Mater, fuisset polluta secundum carnem, vel aliquod haberet vitium corporis; cur & non esset plusquam indecens, quod in anima haberet vitium, & à demone fuisset peccato originali polluta? Fecit igitur Deus quod potuit, ut à pollutione & vitio servaret tam corpus, quam animam suæ Matris.

Item, in libro de Passione Domini per modum dialogi, fol. 164. inquit: Novo sanè exemplo **MARIA** palmam martyrij tulit; nam Judæi Filium affligebant, afflictio Filij Materna viscera torquebat. Credo autem divinitus factum fuisse, ut passione Filij **MARIA** tantopere in anima pateretur, ut hæc passio animæ acerbissima martyrij illi coronam ferret. Non enim decebat pro martyrij consecutione sanctissimam Dei Genitricem tyrannorum subijci potestati, & sanctissimum illud corpus, quod Deum in carne tulerat, impuris hominum manibus violari. Quod si obijciatur, Christum ipsum violatum fuisse; cogitandum est aliam causam Filij esse, aliam Matris: Christus enim (ut dictum est) publicam causam agebat redemptionis: & ut copiosa esset redemptio, permillum est, ut multitudo tormentorum illuc conflueret: **MARIA** autem si in confessione fidei adversus tormenta durasset, privatam causam & suam egisset, nihil in commune præter exemplum contulisset. Verumtamen servavit Matrem futuram Virginem Confessorem? An dignitas personæ Marianæ fuit alia ante passionem Filij, quam post passionem? Et si ob passionem Filij præservata & immunis fuit à manu & ictu hominis, ut esset martyr Virgo; quare virtute ejusdem passionis non esset præservanda ab ictu & manu demonis, ut esset Virgo Immaculata?

**MARCUS** Antonius Palau Hispanus, fecit Lib. Defensio Dominicana pro Immaculata Virginis Conceptione. Oriolæ 1628. in 4. & etiam Italicè.

**MARCUS** Antonius Perillus, Poëta Italus & Academicus incautus, in libro: Gesù adorato rappresentazione spirituale, fessegunte al patto della Vergine, in prologo folio 4. inquit:

..... in **MARIA**  
Si relucet faceste che di corpo  
Intatta, è de anima Immaculata è pura,  
Tute del ciel le gratie in se ne accoglie;  
E nobil Margarita d'Oriente  
Da rugiada celeste, è copiosa  
De divini savori  
Generata, &c.

Lib. impress. Neapoli 1630. in 12.

**MARCUS** de la Camara, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Questionum conciliationis simul & expositionis locorum difficultium sacre Scripturæ, quæst. 195. folio 153. à tergo adducit questionem sub hoc titulo: **MARIA** Virgo an contraxerit peccatum originale? resolvitque cum Scoto, quod nullo modo contraxit peccatum originale, usque ad fol. 156. Lib. impress. Compluti, anno 1587. in 4.

**MARCUS** Evangelista, natione Hebræus, in Liturgia



turgia Æthiopum pro Immaculata Virginis Conceptione, sic inquit: Domine omnes eos, quorum recordamur, custodi recta fide, & in gloria omni tempore, & fac ut ferveant ineffabili & inexcogitabili charitate, per preces ac intercessionem, quam pro nobis facit Domina nostra sancta & Immaculata Virgo MARIA. Item, in Consecratione quando levatur corpus Domini, dicit: Hoc est corpus, & hic est sanguis Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, quod & quem assumpsit ex Domina nostra sancta & Immaculata Virgine MARIA. Item, infra: Intercessione plenæ gratiæ Virginis Dei MARIE, que in omnibus est sancta. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta Dissert. 1. annot. 1. folio 312. & Jacob. Milesum in Palma cœlesti, secul. 1. Ojedam & alios.

MARCUS Fernandez de Monsanto Hispanus, in libro de Nomine sanctissimo MARIE, cap. 4. sub hoc titulo: Baxa del Cielo al suelo con Real Magestad, el augustissimo nombre de MARIA; traelo el Principe san Gabriels depositalo en los Sanctissimos Joachin y Ana, &c. agit latè de Conceptione Virginis Dei Matris MARIE. Lib. impress. Hispali 1643. in 8.

MARCUS Hieronymus Vida, Cremonensis Albæ Episcopus, in Poëmata de magna Matre Virgine, vocat ipsam absque noxa, & à communi exemptam labe puram & præcul omni innoxiam culpa, sanctam & incorruptam, &c. folio 45. Lib. impress. Cremonæ 1550. in 8. & Antuerpiæ 1578. in 12. folio 18. Extant pulcherrima ejus verba à vers. 15. usque 30. Vide ea, quia Auctor communis est.

MARCUS Idriuntinus Epif. Hymno de magno sabbato, inquit: Ex incorrupta profectus & vulnerans costam Creator meus, ex ipsa fecisti reformatione Evæ, Adam factus, &c. Euseb. in Excep. 13. fol. 143.

MARCUS Laureus, Tropiensis Ordinis & Episcopus Campaniensis Calaber, convenit ad Concilium Tridentinum die octava Decembris, in qua celebratur Conceptio Virginis MARIE, anno 1555. ut videre est in Catalogo Legatorum Patrum ad Concilium Tridentinum convenientium, quod extat in libro Anonymo. Impress. Lovanijs 1567. ad finem.

Item, anno 1556. die Jovis 17. Junij habuit Concionem in Concilio Tridentino, quando publicatum est Decretum de peccato originali, ac exceptio sacratissimæ Virginis MARIE ab illo decreto. De quo vide Henric. Spond. tomo 3. anno præallegato, numero 6.

MARCUS de Lisbona, Ordinis Minorum & Episcopus Portuensis Hispanus, in 3. parte Chroniæ Ordinis Minorum, libro 1. sic inquit Hispanicè: En este tiempo un Doctor en Theologia, Rector del estudio de Tolosa, quiso publicamente persuadir al pueblo que la gloriosa Madre de Dios havia sido concebida en pecado original, por lo qual con gran furia del pueblo fue echado fuera de la Ciudad, y venido à Roma al Papa Martino V. dio queja de la injuria, que se le havia hecho y el Papa señaló dia de la disputa, y aviendose sentado muchos y graves Maestros y no viniendo à quel Doctor, inviaronle à llamar, y iendole abuscar à la zelda le hallaron muerto; lo qual puso gran temor à todos los que defendian su parte, y opinaron, cap. 47. folio 27. à tergo col. 4. Impress. Salmanticæ 1650. in folio.

MARCUS Marulus Spalatensis, in libro Enumerationum, &c. lib. 2. fol. mihi 1225. loquens de invocatione Sanctorum, inquit: Sed profecto inter sanctos, sanctasque omnes, ut primum apud Deum locum obtinet, ita prior invocari debet Regina cœli, gratiâ plena, benedicta in mulieribus Maria, Virgo MARIA simul & Mater, cujus Immaculatus & intactus venter Spiritu Sancto repletus edit Salvatorem mundi, &c. Lib. impress. Parisus, anno 1516. cum alijs de hoc assumpto agentibus. Nota quod titulus Immaculatus respicit immunitatem, sicut intactus virginitatem.

MARCUS Maximus, Præsul Casaraugustanus Hispanus, in Hymno ad sacrum Templum Casaraugustanum Columnæ, hæc habet:

*Hæc nam Iacobo Apostolo,  
Et suo consanguineo  
Eidem jubet conficere  
Sanctis manentem seculis.  
Ostendit illi se hilarem  
Suoq; narratio  
Conceptionis aureæ  
Templo manent encomia.  
Conceptionis hinc diem  
Iacobus Hispanus docet,  
Et prædicat (ceu ceteri)  
Quacumq; labe liberam.  
Hinc mox habet principium  
Hunc celebrandi jugiter  
Populis Iberis diem,  
Qui durat usque & hodie, &c.*

In fragment. Chronici Lucii Dextri, seu fragment. Carminum Marci Episcopi. Lib. impress. à frat. Joanne Calderon Franciscano Casaraugustano 1626. in 4. ad finem.

MARCUS Monachus Græcus, in Evangelio Græcorum vocat Virginem MARIAM Panachranotos, hoc est, omnibus modis & indeque impolutam & Immaculatam. Vide Joannem Eusebium, lib. de Exception. cap. 13. fol. 173.

MARCUS Montanus, Poëta Italus, in Cantione de Sacratissima Virgine Dei Matre MARIA, sic cecinit:

*Miracolo immortal cui naster sola  
Quasi candido giglio à viso il mundo  
Senz haver parte nel error de Adam.*

Extat folio 60. in libro: Il tiempo, &c. cum alijs Poëtis. Impress. Venetijs 1613. in 12.

MARCUS del Monte Sancta MARIA in Gallo, Ordinis Minorum Italus Provinciae Marchiæ in libro dicto: La figura de la vita eterna, cap. 6. de laude B. Virginis, sic inquit:

*Ave templo di Dio sacro & santo  
Virgine santa, immacolata & pura  
Camera degno dello Spirito santo, &c.*

Item, cap. 7. de Regulis recommendatorum B. Virginis in Monte pietatis ab eo fundato, sic inquit, loquendo de vigilijs B. V. Primo della festa della Conceptione che viene ad octo di Dicembre. Item, cap. 9. loquendo de Corona B. Virginis, dicit: Quod Joachim & Anna dicebant B. Virgini: *Tota pulchra es & formosa & decora sicut Hierusalem, & macula non est in te: pulchra ut luna, electa ut sol, &c.* Vocatque Virginem Immaculatam passim. Lib. impress. Florentiæ per Antonium Mischomini 1494. in 4. die 15. Maij.

MARCUS Probus Marianus Sulmonensis Poëta Pelignus, anno 1455. natus in Histortiam Parthenicam



thentiam divæ **MARIÆ** Virginis, inquit lib. 1.

*Hic opus est, quippe agnosco sine labe puellam  
Hæreticam, qualem nulla unquam comperit ætas, &c.  
Atque, in immenso credas hanc munere dignam,  
Quam Deus à carie servavit originis olim:  
Certeque orsa sibi est cum conciperetur in alvo, &c.*  
Impress. Neapoli 1524. in 8.

**MARCUS** Salmeron, Ordinis Beatæ **MARIÆ** de  
Mercede Generalis & electus Episcopus de Trux-  
illo in Indijs Occidentalibus Hispanus, de *Imma-  
culata Conceptione Virginis MARIÆ* Tract. à fol. 1.  
usque 30. in lib. Theoro econdido en el cam-  
po de la humanidad del Hijo de Dios. Impress.  
Barcinitone 1641. in 4.

Item, in Memorijs Ordinis Beatæ **MARIÆ** de  
Mercede, pag. 243. agit de devotione Jacobi I.  
Regum Regis, & suorum Religiosorum erga  
reliquum *Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ*.  
Impress. Matriti . . . . . in folio. Item, sa-  
culo 4. commemorat. 47. agit de Fratre Carmelo.  
Citur etiam in lib. de Laudibus Christi & **MARIÆ**  
Oratione 2. de *Immaculata Conceptione Virginis*  
Dopani. Ita Sylvest. de Saavedra in libro de Sa-  
cra Dopara, fol. 350. num. 658. Vide etiam  
Marracum in Antist. Marian. fol. 598.

**MARCUS** de Serra Acodia, Ordinis Prædica-  
torum, in Commentarijs in 1. 2. D. Thomæ, quest.  
1. art. 3. fol. 425. sic de Beata Virgine loquitur:  
*Spéciali privilegio exempta fuit à lege communi, secun-  
dam quam omnes, solo Christo excepto, pec-  
catum originale contrahunt: quod explicari po-  
tuit exemplo sumpto ex Genes. 7. ex quo constat  
aquas diluvij opertos fuisse omnes montes &  
universos homines mortuos excepto Noë, & qui  
cum eo erant in arca: quo tamen non obitante  
probabile est, Paradisum terrestrem adhuc sta-  
re & ibi servatum fuisse & non fuisse mortuum  
Homo. Quid ergo mirum, si Beatam Virginem,  
quam Sanctus Damascenus Oratione de Dormit.  
Beatæ **MARIÆ** appellat novi Adami paradisi  
vinitatem, excipiamus ab universali inundatione pec-  
cati originalis, non obstante exceptione illa: om-  
nes præter solum Christum? Impr. Romæ 1653. in  
12. Vide etiam Joannem Eusebium in lib. Ex-  
ception. cap. 24. folio 357.*

**MARCUS** Viguierus Saonenfis, Ordinis Mi-  
norum Episcopus Senogallienfis ac S. R. E. Car-  
dinalis, in illo celebri Opere de Decachordum  
Christianum, Chorda 3. cap. 7. folio 80. inquit:  
Attendæ (quæso) quàm congruè **MARIA** Filium  
nominare possit Jesum, & dicere illum Salvato-  
rem suum. *Dom concepta sum, me ab originali peccato  
servavit illesam; ruinæ pro lege communi mihi  
jam imminenti nisi me subtraxisset, humanâ pro  
conditione corruissem. Ubi nata & adulta sum,  
per omnem me vitam ab omni mortali crimine,  
ab omni culpa veniali salvavit, nulli noxæ unquam  
dimissionem esse permisit, &c.* Lege etiam Chord. 1. cap.  
21. & alibi. Lib. impress. Parisijs 1527. in 8.

**MARGARITA** Austriæ Archiducissa, Maxi-  
milianæ I. Cæsaris filia, &c. ædificavit Conventum  
suo titulo *Immaculatæ Conceptionis*, & Ordini Fran-  
ciscano donavit. Ita ex Jacobo Canfio in Hyper-  
dulia Mariana, Marrac. in Heroid. Marian. f. 290.  
**MARGARITA** Austriaca, Maximilianæ II. Im-  
peratoris filia, & in Religione Discalceatarum S.  
Clare Matriti Monialis (Margarita de la Cruce  
vocata) adhuc puerula à Mariâ Imperatricæ matre

habitu *Conceptionis Domine nostræ* induta fuit. De  
ejus devotione ad imaginem *Conceptionis*, vide  
Joan. de Palma in ejus vita & Hippol. Marrac.  
in Heroid. Marian. à fol. 297.

Item, scripsit Epistolam ad Summ. Pontif. Urba-  
num VIII. anno 1621. pro definitione mysterij *Im-  
maculatæ Conceptionis*, quæ incipit: Mei officij atque  
obligationis, &c. Hanc habemus Hispanicè, & extat  
etiam in Legatione sect. 4. & apud Hippol. Mar-  
rac. in Heroid. Marian. fol. 311.

**MARGARITA** Austriaca Caroli V. Impera-  
toris amita, quæ vixit ad annum 1524. Nivellæ  
in Brabantia Ducatu, proprijs sumptibus *Ecclesiam  
Conceptionis Virginis MARIÆ* dicatam ædificavit. Ita  
ex Gonzaga Hippol. Marrac. in Heroid. Ma-  
rian. fol. 318.

**MARGARITA** de Cortona, Ord. S. Francisci  
ac Beata (ut dicitur in ejus vita cap. 6. §. 8.) loquens  
de sacratissima Virgine, inquit: Ipsa namque fuit  
vas purissimum, quod præparavi mihi pro totius  
generis salute. *Si posset & deceret in celo plus dari  
creatura laudis & honoris, suum esset, &c.* Ex hac aue-  
toritate probat P. Franc. de Pistoia Virginem esse  
absque originali labe, corona 2. cap. 5. fol. 137.

**MARGARITA** Lumbreras, fœmina Hispa-  
na, edidit Hieroglyphicum pro *immunitate Virginis  
MARIÆ*. Impress. in libro Sanctij Zapatæ de Concep-  
cep. folio 145.

**MARGARITA** Zapata, fœmina Hispana,  
scripsit Glossam pro *Immaculata Conceptione Virginis  
MARIÆ*. Impress. cum alijs apud Sanct. Zapata  
folio 142.

**MARIA** de la Antigua, venerabilis fœmina Hispa-  
na, ut constat ex ejus libris, habuit plures re-  
velationes de *mysterio Conceptionis Virginis MARIÆ*.  
Sic Antonius Daza lib. de Concep. cap. 6. folio  
44. Illas extraxi ex ipsius vita MS. sed Amanuen-  
sium incuriâ fuerunt amissæ, sicut & alia quæ in  
hoc libro imperfecta relinquimus.

**MARIA** Aragoniæ Regina, Joannis III. Castellæ  
Regis filia, pro *gloriosissima Virginis & Matris MA-  
RIÆ* Beata *Conceptione ab omni labe originalis peccati  
exempta* leges seu sanctiones edidit. Habemus il-  
las impr. & manusc. ex pluribus Autographis.  
Extant in Armament. nostro; de quibus etiam  
Hippol. Marrac.

**MARIA** Cancer, fœmina Hispana, scripsit Can-  
tionem pro *mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis  
MARIÆ*. Extat in libro Sanct. Zapatæ de Concep.  
folio 117. & 197.

**MARIA** de S. Euphrasia, Monialis Carmelita-  
rum Discalceatarum Hispana, scripsit Hiero-  
glyphicum de *mysterio Immaculatæ Conceptionis Vir-  
ginis MARIÆ*. Impress. cum alijs in libro Sanct.  
Zapatæ folio 148.

**MARIA** de Funes & Sayas, fœmina Hispana,  
scripsit Glossam pro *mysterio Immaculatæ Conceptionis  
Virginis MARIÆ*. Extat apud Sanct. Zapata lib.  
de Concep. folio 122.

**MARIA** de Gotor, fœmina Hispana, edidit  
Hieroglyphicum circa *Immaculatam Deiparæ Concep-  
tionem*, & extat impress. cum alijs in libro Sanct.  
Zapatæ folio 150.

**MARIA** Jependis, Ordinis Cisterciensis Hispa-  
na, construxit Cœnobium in villa de Pinto in ho-  
norem *purissimæ Conceptionis Virginis MARIÆ*. Ita  
Chrysoft. Henr. in Menol. citat. die 31. Januar.  
Marrac. in lib. Lilia Mariana, folio 267.

MA-



**MARIA** de Jesu, Monialis S. Claræ in civitate de Manilla, plura vidit & dixit de *Immaculata Conceptionis Beate Virginis mysterio*, ut videre est in libro de ejus Vita, folio 25. & fol. 26. & folio 27. & 28. qui MS. extat in Archivo Curia Ultramont. Famil. Romæ in folio: Comienza una breve relacion, que la madre Luisa de Jesus Religiosa del Convento de S. Clara de Manilla hace à su Confesor Luis de Mesa tocante à cosas de lo que le pasaron con la venerable madre Mariana de **JESUS**.

**MARIA** Lafo de Castilla, Monialis Sanctæ Elisabeth Granatensis, in Cantione pro Virginis **MARIE** puritate, inquit:

*Que importa que se desaten  
Del Reyno obscuro las ondas  
Si el fiero dragon conoce  
A su planta vencedora.  
De su luciente pureza, &c.  
Antes de gozarla el mundo  
Libres privilegios goza.*

Extat cum alijs folio 125. Lib. impress. Granatæ anno 1640. in 4.

**MARIA** Luiffa Moreno, Monialis . . . . . Hispana, edidit in laudem *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE* Poëma. Impress. apud Sanct. Zapata libro de Concep. folio 167.

**MARIA** de la Misericordia Carmelina, fuit liberata à quodam homine, qui volebat eam virare, quia recitabat officium *Immaculata Conceptionis* quotidie; ut dicit Andreas de Val in vita Mariæ de Incarnatione, cap. 12. & refert Maximilianus Lenglez in Schola Virginis **MARIE** lectione 9. folio 145.

**MARIA** Pedroso & Andrade, femina Hispana, edidit Carmina pro mysterio *Immaculata Conceptionis* typis mandata cum alijs apud Sanct. Zapata, libro de Concept. folio 181.

**MARIA** de Pernia, Monialis Sanctæ Claræ Hispana, scripsit Cantionem de *Immaculata MARIE* Conceptione. Impress. Granatæ folio 290.

**MARIA** de Salinas, Monialis S. Claræ Hispana, & Fundatrix Monasterij *Immaculata Conceptionis* villæ de Xelsa, edidit Exorcismum pro expellendo dæmone sic: *Virgen Santissima del Rosario Immaculada MARIA, &c. Oye Virgen Santissima nuestros ruegos por la purissima y sacratissima Conception, &c.* In ejus Vita par. 2. lib. 3. cap. 6.

**MARIA** de Sesse, femina Hispana, edidit Carmina pro immunitate Virginis **MARIE** à peccato originali. Impress. cum alijs in lib. Zapata de Conceptione, fol. 95.

**MARIA** à Trinitate, Monialis Discalceatarum Religionis Carmelitanæ, vidit in quadam Reliquia venerabilis P. Joannis de la Cruz depictam seu exculptam imaginem *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE*, ut post alios refert R. P. Francisc. Maria Pistoia in suo lib. *MARIA Triumphante*, coron. 2. cap. 7. fol. 289.

**MARIA** Velazquez, Comitissa de Saldaña, edificavit Capellam insignem pro *Immaculata Virginis Conceptione* in Monasterio Benedictinorum Vallisoletan. ut refert Pistoia, coron. 2. cap. 7. fol. 191.

**MARIA** VIRGO Sacratissima ac Dei Mater, Angelorum & hominum Regina, edidit Canticum Magnificat, ut gratias redderet suo Creatori pro sua præservatione à peccato originali, ut latè ostendo in libro de hac re edito, cujus titulus est:

Nova litteralis Cantici Magnificat pro mysterio *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE* expositio, in qua ex toto rigore litteræ, ac verborum grammaticali sensu, vi, ordine ac connexionem, seclusis auctoritatibus & allegoriis atque mysticis interpretationibus sincero, claro, atq; succincto stylo intelligitur, explicatur, demonstraturque sacratissimam Deiparam locutam fuisse in eo de sua immunitate, ac modo magnificæ præservationis à peccato originali, &c. Lib. impress. Maritii 1656. in 4.

**MARIANA** Auftriaca, Ferdinandi III. Cæsarum filia, & Philippi IV. Hispaniarum Regis Uxor, devotissima extitit mysterio *Immaculata Conceptionis*, de qua agit Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 360. ex relatione P. Petri de Quamilla amici nostri.

**MARIANA** de Jesu, tertij Ordinis S. P. N. Francisci, quæ è vivis discessit anno 1620. & altissimâ divinatorum luce coruscavit, divinam accepit *revelationes de Immaculata Virginis MARIE puritate, &c.* Vide Ludovicum de Velluga in Vita dierum folio 178. præcipua autem sunt hæc sequentes, quas extraxi ex MS. existente apud D. Antonium de Verastegui & Vargas Doctorem Complutensem ac Capellanum Regium Tolerti, lib. 2. c. 37. fol. 270. ubi inquit sic: Y estando una noche padeciendo grandes dolores y ofreciendofelos con paciencia à la sacratissima Virgen **MARIA** para que los presentase à su santissimo Hijo, junto con esto le decia muchos regalos con palabras jaculatorias, llamandola Reina del cielo, escogida entre todas las criaturas, llamandola tambien Virgen y Madre; alegrandome de su purissima Conception Reconocia el haver sido concebida en la eternal mente de Dios; gloriableme de que no tubo pecado original ni actual, y estando diciendo estas y otras razones en alabanza de la Reina, oy una voz ronca del monada cerca de mi que me dixo: calla calla deslanada, no digas esso. Yo me aluste de oyr tan mala voz; y conociendo haver sido el demonio el que me havia ablado dixe con grande animo: calla tu, vete de ay excremento de gatos. Fue tanta la rabia que le dio esto que al punto sacó una mano muy negra à echura de gato y agarrando con sus unas mi mano apretandola fuertemente y clavando melas, senti tan gran dolor y fuego como si me la estubieran abrajando; lo qual ofrecia à nuestro Señor: y como vio el demonio el fruto que yo sacaba del tormento que me daba, soltome, &c. Item, in lib. Revelat. suarum lib. 4. cap. 3. fol. 423. ubi plura de S. P. N. Francisco, inquit: Destos fueron grandes los favores que hizo à Francisco, fueron mercedes tan colmadas que fueron conforme à mi inestimable magnificencia y profunda sabiduria. Destas razones que me dixo mi Señor me resultó un nuevo amor y afecto à mi glorioso Padre y entregada toda en sus brazos, porque la fuerza del amor me pasó à ellos, tomó mi alma y la puso en las de mi Señora la santissima Virgen, y dixo mi Padre glorioso: Hija este es el mejor libro que tiene Christo nuestro Señor entre todos los Santos de su Iglesia, que es su purissima Madre, imitala en quanto pudieres. Digote Hija que excede incomparablemente à todos los demas Santos, los quales fueron concebidos en pecado original, estubieron algun tiempo



tiempo caido el corazon en la tierra, estubieron desfilados de la vestidura del sol de justicia y de su gracia, y assi començando por la via purgativa purificados poco à poco: pero mi Señora la Virgen MARIA, digote mi amada hija, que desde el instante de su purissima Conception fue hija de luz sin mancha de pecado original, nunca tubo mezcla de tinieblas, fue cielo claro, &c. Et infra folio 124. Señora y Reina nuestra no tubisitis pecado original ni actual, &c. Vide reliqua in libro supra relato.

MARIANA Manzaneda sive à S. Joseph, Monialis S. Augustini, fundavit duo Monasteria sub tit. *Immaculatae Conceptionis*, &c. ut ex Ludovic. Muzoz refert Hippol. Marrac.

MARIANA Zapata, Monialis Cisterciensis Hispana, edidit Hieroglyphicum pro *immutate Virginitate* MARIAE; ut videre est apud Sanct. Zapata lib. de Concept. fol. 148.

MARIANUS Oselar, Ordinis Minorum, in libro dicto: *Gloriosus Franciscus redivivus, ostendit quomodo incepit Ordo Immaculatae Conceptionis* florere, sub PP. Obiervantibus & à P. Francisco Reformationis Angelorum Custode Regularum seu Statutorum sanctimonialium receperunt, Caput unum quod est in ord. 9. Item, de Confraternitatis *Immaculatae Conceptionis* in conceptione Caput alterum. Item, ad gloriosam D. Reginam nostram *Immaculatissimè conceptam pro Conceptionis Ordine* ab ea confirmato Congratulationem, à folio 37. usque 56. Lib. impress. Ingolstadtij 1625. in 4.

MARIANUS de Smyttere, Ordinis Minorum Flander, edidit Opusculum sub hoc titulo: *Responsio ad libellum quandam supplicem porrectum Eminentissimis Dominis Cardinalibus super titulo Immaculatae Conceptionis, quem quia PP. quidam Dominicanus expungendum esse contendunt (diversis rationibus satis confusè inde allatis) ut certius pateat quàm iniqua sit hæc eorum postulatio, breviter eorum fundamenta in quaestiones quosdam redigemus, eisque respondebimus. Et adducit 5. quaestiones, & incipit: Affirmant Auctores libelli supplicis. Extrat in fol. in Archivo Gandensi.*

MARIANA de Cardenas, foemina nobilissima Hispana, suis opibus in Urbe Romana ad radices montis Capitolini, titulo Sanctæ MARIAE libera nos à penis inferni, Monasterium *Conceptionis* anno 1525. crexit, & cum alijs decem mulieribus huius Religionis habitum assumpsit, ut refert Baldamus Junius ad annum 1484. folio 768. part. 4. Gonzaga in Hist. Seraph.

MARIANUS Siculus, loquens de Joanne Aragonæ Rege, inquit: Festum quoque de Beate Virgine MARIAE *Conceptione*; sicut & alia ejus festa celebrari summa cum celebratione præcepit, & ne quod in peccato originali fuisse conceptam, neque publicè, neque privatè dicere auderet, in libro de Rebus Hispaniæ 12.

MARIANUS Merlenus, Ord. Minorum S. Francisci de Paula, in libro: *Quaestiones celeberrime in Genesim*, &c. cap. 1. vers. 1. objection. 350. agens de misericordia Dei ante lapsum peccati, sic inquit: Sublimior enim misericordiae effectus esse videtur, stantes ne cadant tenere, quàm lapsos erigere & in pristinum gradum restituere; ut patet in *Beatissima Virgine Deipara*, quam ab omni vitiorum labe immunem in actamque conservavit, in quo magis clucet divina bonitas ac

miseriordia. Item; cap. 3. vers. 15. fol. 1368. ad illud: *Inimicitias ponam inter te & mulierem*, &c. adducit auctoritatem S. Augustini: *Excepta itaque sancta Virgine*, &c. Impress. Parisijs 1623. in fol. magno.

MARIUS Carrata, Archiepiscopus Neapolitanus, præcepit ut in Regno Neapolitano observaretur *festum Immaculatae Conceptionis*; ut videre est in actis Synodalibus, fol. 59. Neapoli 1568. in 4.

MARIUS Victorinus, de quo dubito, an fuerit ille Marcus Fabius Victorinus antiquus, ac S. Hieronymi præceptor; sed hic non dicitur scripsisse in Genesim. Hic ergo quisquis fuerit, loquens cum serpente, lib. 1. in Genesim, inquit:

... . pedibus repes, & peccatore pronos

Te quoque iam mulier perimet cum semine, cujus

Callidus extremis tantum insidiabere plantis.

Ita refert Ferdinandus de Vergara in sua Apolog. *Conceptionis* cap. 3. fol. 20. à tergo. In quibus verbis notandum est illud: *Te quoque*. Ergo sicut perempta fuit à semine serpentis; fuit etiam à muliere. Si à Christo fuit peremptum peccatum originale à primo instanti *Conceptionis*; ergo & in eodem à MARIA. Item, illud: *Tantum insidiabere*. In hoc solum vel tantum videtur Doctor iste constituere differentiam inter mulieres & semen, Christum & MARIAM, quia Christus cum esset Sanctus per naturam, serpens non potuit ei esse insidiari: MARIE verò sic, quia fuit liberata ex mera gratia, & sic semper serpens insidiabatur calcaneo ejus, siquidem cognoscebat esse puram creaturam, & ordine naturali genitam.

MARIUS de Vignioni Italus, Ordinis Minorum, in lib. Elogij Sacri nelle solemnità principali de N. Signore, della B. Vergine MARIA, Elogio 35. fol. 566. de *Immaculatae Virginis Conceptione*, ad illa verba: *Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est, & incipit: Che dal Cielo s'habbino*, &c. usque 584. Lib. impress. Venetijs 1652. in 4.

MARIUS de Vipera, Archidiaconus Beneventanus Italus, in Catalogo Sanctorum quos Ecclesia Beneventana duplici ac semiduplici celebrat ritu, ad diem octavam Decembris, folio 81. agit de *festo Conceptionis Beatiss. MARIAE Virginis duplici cum octava*. Impress. Neapoli 1635. in 4.

MARSILIUS Fecinus Florentinus, in libro de Religione Christiana, cap. 36. fol. 121. refert ex Alcorano Mahometis, *Quod Beata Virgo MARIA omnium mulierum optima, & à nullo unquam tacta fuerit*. Lib. impress. Parisijs 1559. in 8.

MARSILIUS Inguem, in 2. lib. Sententiarum, quaest. 20. folio 314. Utrum Virgo MARIA janua cœli & Domina mundi in originali peccato fuerit concepta? art. 3. ponit sequentes Conclusiones: *Verisimile est & absque formidine concedendum, in Conceptione Virginis fuisse conventum maris & foeminae, quomodo etiam communiter generantur homines. Conclusio 2. Verisimile est, quod in hac castissima & benedicta parentum Virginis conjunctione aliqua interfuerit carnis libido, & carnis ut sic aliqualis prurigo. Conclusio 3. Videtur, quod semen receptum in utero matris, de quo formatum est corpus Virginis, aliquo tempore erat cum qualitate morbida, sicut etiam est de alio humato semine. Conclusio 4. Anima Virginis nunquam fuit sub macu-*



la culpa originalis, quam latissime probat, ac respondet ad argumenta partis adversæ, à fol. 314. usque 318. Lib. impress. Argentinæ 1601. in fol.

Item, in 3. Sententiarum, quæst. 4. art. 1. fol. 373. postquam quæsierat: An Virgo MARIA in suis parentibus extiterit decimata? inquit: Utrum ab omni peccato extiterit immunis? ponitque has Conclusiones. Prima: Quod fuerit sanctificata in primo instanti sui esse. Secunda: Quod semper fuit gratia plena. Tertia: Quod simul plena fuit omnibus virtutibus; & sic ponit alias Conclusiones pertinentes ad hanc materiam, à folio 372. usque 377. Impress. ut supra, sed tomo distincto.

MARTINUS Almodovar Hispanus, Eques de Calatrava, edi curavit Librum Raymundi Lullij ex tertio Ordine S. Patris Francisci & martyris de Conceptione Virginis MARIE. Hispali, anno 1491. in 4. de quo latè infra verb. Raymundus Lullius.

MARTINUS Alphonfus Escudero, Doctor Hispanus, in Territorio Hispalensi fecit informationes de scandalo dato ab aliquibus asserentibus Dei Matrem MARIAM fuisse originali peccato maculatam; & extant impress. cum alijs eiusdem argumenti, anno 1615. in folio. Vide verb. Ludovicus Alvarez de Andrada.

MARTINUS Alphonfus Vivaldus, Jurisconsultus Hispanus, in libro dicto: Baculus sacerdotalis, cap. 15. asserit: Quod Beata Virgo MARIA fuit concepta absque ulla peccati originalis labe, atque Ecclesiam ejus purissimam atque immaculatam Conceptionem per univertum orbem celebrari & venerari præcipere. Impress. Venetijs 1599. in 8.

Item, in Candelabro aureo, cap. 3. de quibusdam quæstionibus, part. 4. folio 731. tractans illud: Ab æterno ordinata sum, inquit: In sensu etiam morali dicitur de Immaculata ac purissima Virgine: Ab æterno ordinata sum; id est, quod ab æterno caruit omni deordinatione culpæ originalis, venialis, vel mortalis. Lib. impress. Venetijs 1611. & 1605. in 4.

Item, in libro Italicè scripto: Schola Catholica moralis, &c. in Dedicatoria ad Virginem MARIAM, ipsam vocat Immaculatam, purissimam, atque limpidissimum speculum sanctitatis, &c. Item, Dialogo 5. vocat Virginem MARIAM purissimam. Et in indice vocat ipsam Virginem MARIAM Immaculatam. Lib. impress. Venetijs 1602. in 8.

MARTINUS de Angulo Pulgar, Poëta Hispanus, scripsit Cationem pro Scoto & Virginis MARIE Immaculato Conceptu. Impress. cum alijs Granatæ, fol. 280. & aliam Glossam, fol. 298.

MARTINUS Aragoniæ Rex hujus nominis I. de gloriosissima Dei Genitricis MARIE Immaculata Conceptione Statutum. Cæsaraugustæ 1398.

Item, de eadem Immaculata Conceptione Statutum alterum. Barchinone 1408.

MARTINUS Arbelaz, Ordinis Prædicatorum, in Scrm. 8. de Omnibus Sanctis, folio 22. inquit: La Capitana que lleban, es la sacratissima Virgen MARIA, de quien avia dicho David: Adducentur Regi Virgines post eam; porque ella fue la primera que hizo voto de castidad, y dio principio à tan santo instituto, y no es de maravillar, que sea la Capitana, porque esta guerra es de todos, assi hombres, como mugeres à quien representaron antiguamente la valerosa Judith y la valentissima Debora, capitanas del pueblo de Dios. Su vadera es blanca, y sus ar-

mas azucenas, &c. Y adonde llegaron ènque ad videndum Deum Deorum in Sion: A quien no admira exercito tan gallardo? A quien no espanta hermosura tan peregrina? quien considerando pasos tan bellos y concertados, no dice: Que est esta, que progreditur quasi Aurora consurgens? Que Aurora tan hermosa es esta que dejando la noche asy va creciendo hasta hazerse dia. Que belleza de lana? &c. Impress. Lerma 1621. in 4.

MARTINUS de la Ascension, Ordinis Minorum Hispanus ac Martyr, in Imperio Japonum prædicavit ac docuit constanter præservationem Virginis MARIE à peccato originali. Ita Daza in Tractatu de Concep. cap. 6. fol. 44.

MARTINUS ab Azpilicuetta Navarrus, Doctor insignis Hispanus, asserit: Quod possunt fieri omnia divina officia tempore Interdicti in de Conceptionis Virginis MARIE, & ejus octava in Ecclesijs in quibus dicitur officium ordinatum per Protonotarium Leonardum Nogarolum, & ejus Missa quæ incipit: Egredimini, &c. tomo 1. de Censuris Ecclesiasticis, cap. 27. num. 182. & 186. Item, Quod benedicta Virgo MARIA fuit prius sancta, quam nata, & tam cito sancta, quam concepta, &c. Et quod sententia de Immaculata Conceptione est recepta in Statutis Gallicis, in tractatu de Oratione & Horis Canonicis, cap. 19. num. 146. tomo 1. Lib. impress. Romæ 1590. in folio.

Item, Quod Christus Dominus atque Virgo Mater admiranda peccare non poterunt; ille quidem per naturam, hæc vero per gratiam, &c. in tractat. de Pœnitentia, dist. 7. capite 4. Si quis, num. 21. tomo 2. Item, Quod Virgo MARIA redemptionis & mundicie humanæ quodammodo initium, à labe etiam originali fuit omnino immunis, ut latius etiam pridem dixerat contra Glossam ibi in cap. 1. de Consec. dist. 3. in eodem dist. 7. cap. Si quis, numero 74. Item, Quod gloriosa Christi Genitrix neco quævis labe caruit tam originalis, quam actualis peccati, in Commentario de Jubileo & Indulgentiis 13. num. 8. tomo 2. folio 37. Lib. impress. Romæ 1561. & 1575. etiam Romæ.

Item, in Enchiridione five Manuali extant Virgines à peccato originali, præludio 1. Lib. impress. Venetijs 1594. & Lugduni 1584. in 4. & 1574. & Moguntiz 1601. in 8. regali, & Romæ 1590. in folio magno. Item, de peccati una specie, quæ est peccatum originale, quo caruit Christus & Mater ejus, Summarium unum ibidem præludio 8. Impress. ut supra, & Romæ 1586. in 4. & Venetijs 1589.

Item, in Compendio suorum Operum, titulo de Peccato originali eximitur Virgo MARIA à macula Adami, eodem præludio 8. Lib. impress. Brixiz 1596. in 16. Sed nota, quod in Compendio impresso Venetijs 1606. apud Mathæum Quari ista non habentur. Item, notatione dignum est quod dicit in Commentario de Horis Canonicis, capite 19. conclus. 12. num. 131. in margine: Nullum ve peccati mortalis vel venialis secundum omnes, neq. originalis secundum plerisque omnes, sine majorem partem recentiorum, quibus semper adhaesi, &c. Quorum de numero fui, sum & gratia Filij ejus. . . . . Lib. impress. Venetijs 1618. in 4. folio 196.

MARTINUS Baccius Tiletanus, Sacre Theologiæ Licentiatu Flander, in libro Flandrico, dicto: Theſaurus Concionum Catholicarum, in 4. parte



4. parte de Sanctis, à folio 10. adducit Flandricè  
duos Sermones de Immaculata Conceptione Virginis  
MARIE, in quibus ostendit omnimodam purita-  
tem. Impress. Antuerpiæ, anno 1597. in folio.

MARTINUS Becanus, Societ. Jesu Moguntinus,  
Theologus ac Controversista adversus Hæreticos  
in Germania celeberrimus, p. 1. Theologiæ Scholasticæ,  
cap. 14. de Prædestinatione, quæst. 5. de Modo & ordine  
Prædestinationis, conclus. 3. num. 6. folio 163. a-  
gendo de modo & ordine quibus B. V. MARIA fuit ab  
æterno præservata à peccato habituali, ac conclu-  
dit: Si autem dicamus Deum immediate post  
peccatum actuale peccatum Adami ordinasse me-  
rita Christi, facile defendi potest Beatam Virginem  
per merita Christi præveniri potuisse, ne peccatum habi-  
tiale ex Adamo contraheret, licet præveniri non potuerit,  
quoniam actualiter non peccavit, &c. Item, infra  
cap. 15. quæst. 5. num. 2. de Ordine reprobationis,  
folio 174. inquit: Quintò statuit merita Christi  
diverso modo applicari hominibus. Nam Beatam  
Virginem voluit præservare à peccato originali per me-  
rita Christi, reliquos omnes permisit concipi in  
peccato originali, &c. Lib. impress. Moguntinæ  
anno 1612. in 4.

Item, part. 3. tract. 1. de mysterio Incarnationis,  
cap. 28. de Beata Virgine Matre Christi, quæst. 1.  
An Beata Virgo concepta sit in peccato origi-  
nali? fol. 215. num. 6. ponit hanc Conclusionem:  
Beata Virgo peccavit quidem in Adamo, & ex vi  
sue Conceptionis fuit obnoxia ut contraheret  
peccatum originale, non tamen contraxit illud pec-  
catum, id quod per divinam gratiam fuerit præservata,  
&c. Impress. etiam Moguntinæ 1622. in 4. & 1626.  
Item, quæst. 10. Ad quos transfundatur pecca-  
tum originale? an omnino ad omnes? inquit: Quòd  
probabilius sit Beatam Virginem peccasse quidem in A-  
damo, & ex vi sue Conceptionis habuisse debitum contra-  
hendi peccatum originale, non tamen contraxisse illud pec-  
catum, id quod per divinam gratiam fuit præservata.  
Quam Conclusionem probat latè. Lib. impress.  
Venetijs 1628. in 4.

MARTINUS Bonacina, Mediolanensis Italus,  
& Episcopus Algeriensis, de Modo tractandi &  
scribendi de mysterio Immaculata Conceptionis in tom.  
1. suorum Operum, verb. Suspendio, disp. 3. punct.  
5. & 1. summario 36. & 37. Impress. Lutetia Pari-  
siorum 1634. in folio & 1636.

Item, Quòd Beatissima Virgo de factò non contraxit  
peccatum originale Conclusionem in disputatione 2.  
de Peccatis quæst. 1. tomo 2. suorum Operum. Im-  
press. Parisijs 1634. & Venetijs 1635.

Item, An Beata Virgo MARIA sine originali pec-  
cato concepta fuerit, sive de exemptione à pecca-  
to & de gratiâ Beatissimæ Virgini collata, Qua-  
estiones unam assertivè in quinque puncta di-  
visam & multas propositiones, in libro de Incar-  
natione. Impress. Mediolani 1629. in 4.

MARTINUS Bresslerius Boxtellanus, Societa-  
tis Jesu Belga, in libro de Conscientia, lib. 6. cap.  
10. fol. 693. loquens de ordine prædestinationis,  
inquit: Primò decrevit ab æterno Deus condere  
hoc universum, & in eo hominem. Secundò voluit  
eum constituere in statu innocentie ac justitie o-  
riginalis: ideoque ad illam prædestinavit proto-  
plastos: in quo statu si perseverassent, nemo non  
erat consecutus finem creationis suæ æternam  
gloriam. Tertio tam suavem providentiæ suæ  
curam, tamque felicem humanæ naturæ statum

vidit eversum peccato originali; eoque ipso ge-  
nus humanum aspersum, & quasi confusum massâ  
quadam perditionis, nisi scilicet singulari privilegio  
aliquem vel aliquam ab illa direretur, ut Beatam Virgi-  
nem, &c. Impress. Antuerpiæ 1638. in 4.

MARTINUS de Caicedo, Doctor Hispanus ac  
Judex Ecclesiasticus in Diocesi Hispalenti, fecit  
Informationes juridicas contra aliquos propter  
scandala exorta ex opinione affirmativa circa Con-  
ceptionem Virginis MARIE, quæ cum alijs prodie-  
runt impress. Hispali anno 1615. in folio.

MARTINUS de Campo, Doctor Hispanus, ty-  
pis mandavit Sermonem R. M. Domini Petri de  
Campo Episcopi Utinentis ad gloriosam Virginis  
MARIE conceptæ absque culpa originali, &c. Impress.  
Toleti 1623. in 4.

MARTINUS Carrillo, Abbas de Monte Ara-  
gon, in lib. Annales Chronologicos del mundo,  
libro 5. sub Martino V. ad annum Christi 1418.  
folio 407. à tergo, inquit: El Santo Fray Carmelo  
Italiano, natural de Piemonte grande estudiante  
el qual comentando el libro de los Cantares, y en  
particular aquellas palabras del Capitulo 4. Tota  
pulchra es amica mea, & macula non est in te, fue  
arreatado como en espíritu, y llevado adonde  
vio sobre un trono celestial à la soberana Reyna  
del Cielo MARIA santissi, llena de luz y resplandor  
por todas partes, y con acordados instrumentos  
en diversos Coros le cantaban infinidad de Spi-  
ritus Angelicos, aquellas mesmas palabras, que à  
el avian hecho dificultad: Tota pulchra es amica  
mea, & macula non est in te. Salio enseñado de  
esta vision, que la Reyna del cielo desde el primer in-  
stante de su Concepcion asía de ultimo de su Assumpcion  
toda estubo llena de gracia. Desaparecio la vision, y ha-  
llandose con la pluma en la mano, con gozo ce-  
lestial y lleno de diversos favores; à las palabras:  
Tota pulchra es amica mea, & macula non est in  
te, añadio: Ita est & ego vidi. Y como quisiese pro-  
seguir el comento de aquel lugar no pudo escri-  
bir otra cosa; quæ ita est & ego vidi, &c. Item, lib.  
1. fol. 48. ad ann. 1585. Quòd V. MARIA die Veneris  
seu feria 6. fuit concepta absque peccato originali, quod  
probat latè adducendo varios tam antiquos, quàm  
modernos Sanctos Patres ac Doctores. Vide ibi:  
Item, refert quomodo Robertus Gaguinus Gene-  
ralis Ordinis SS. Trinitatis scripsit de purissima  
Conceptione V. MARIE, &c. in lib. 5. Annalium sub  
Alexandro VI. ad annum 1496. Item, circa De-  
cretum Gregorij XV. Pont. Max. in favorem  
purissimæ Conceptionis MARIE sanctissime, lib. 6. ad  
annum 1612. folio 497. Lib. impress. Cæsarau-  
gustæ 1634. in folio.

MARTINUS Carrillo, Archiepiscopus Græ-  
natenensis Hispanus, post Decretum Urbani VIII.  
elegit in patronam suæ Diocesis Beatam Dei Geni-  
tricem MARIAM sub illibato eius Conceptionis mysterio,  
&c. Antonius de Quintanadueñas in Opere post-  
humo ad primum Ecclesiæ præceptum tract. 1.  
singulari 4. folio 8.

MARTINUS del Castillo, Ordinis Minorum  
Hispanus, in libro cujus titulus est: El humanado  
Seraphin, y unico, llagado; tratado Apologeti-  
co de como solo el Patriarcha P. N. S. Francisco  
entre todos los santos de la Iglesia goza y pòsee  
las llagas penetrantes, cruentas y reales, y visibles  
de nuestro Señor Jesu Christo, y que este blaton  
por pintura, escrito ó palabra, no se puede con-



ceder à otro santo ó Santa, Beato, ó Beata de qualquiera opinion, fama, estado ó Religion que sea, agit de purissima ac Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ*, fol. 22. & alibi. Lib. impress. 1656. in 4.

Item, in Conclusionibus habitis in Mexicano Conventu latissimè agit etiam de Immaculata Virginis Conceptione. Impress. 1649. in charta expansa. Vide Joannem Caballero.

Item, in Opere super cap. 13. Danielis, in Appendice de Susanna figurata §. 14. de *MARIA Immaculata concepta*, per totum.

Item, in Expositione Abdiæ 3. part. super verbum 17. illust. 2. Moralium 8. ad illa verba: Et in monte Sion erit salvatio, & erit sanctus, tractat de Immaculata Virginis *MARIÆ* Conceptionis mysterio, MARTINUS Claus Societatis Jesu, vivente adhuc S. Ignatio & ipso præfente habuit in Romano Collegio primas Theses de Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ*. Ita Maffei in Vit. S. Ignatii lib. 3. cap. 9. & Auct. Theat. Jesu. fol. 235.

MARTINUS Cornelius, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Hispanus, in libro: Zifras de la vida de san Augustin, cap. 28. folio 161. sub hoc titulo: Del voto que hizo nuestra Orden à la Virgen de Gracia por conservar el uso de su Escapulario, &c. dicit quòd scapularium album portant Augustiniani in honorem Virginis de Gracia, vel in honorem Gratiæ Virginis. Lib. impress. Martini 1622. in 12. regali.

MARTINUS Doyza Alcanizienfis, Ord. Minorum Hispanus, in parte 1. Concionum Adventualium, in festo Conceptionis Immaculatae Virginis *MARIÆ* Concionem 1. Item, de Immaculata Virginis Conceptione Concionem alteram, quæ extant à folio 78. usque 103. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1602. in 4. & Brixia 1610. & alibi.

MARTINUS Esingein, Doctor Germanus, in festo Annuntiationis la cratissima Virginis *MARIÆ* Germanicâ linguâ, pagina 18. affirmat ipsam Dei Matrem fuisse preservatam à peccato. Ita Andreas de Peruzzinis in Analyfi artic. 2. folio 95.

MARTINUS Frangipanibus Segniæ, Vegliæ, Modrufiæque Comes, in scripto pro Sancta *MARIA* de Gratijs vocat ipsam intemeratam & gloriosissimam, &c. Vide Princip. Marian.

MARTINUS Garzia, Barchinonenfis Epif. ac Inquisitor, in lib. Sermonum. serm. 129. ad illa verba: Erunt signa in sole & luna, folio 402. de Conceptione Virginis *MARIÆ* unum. Item, in eodem die Conceptionis B. V. Sermonem alterum, super illa verba: Benedicte tu in mulieribus. Item, in eodem die Conceptionis Virginis *MARIÆ* Sermonem alterum ad illa verba: Facta est quasi navis. Item, alium edidit Sermonem in die Conceptionis factum contra Agarenos super illa verba: Erunt signa in sole & luna. Quæ omnia reperies à folio 402. usque ad folium 412. Lib. impress. Cæsaraugustæ characteribus antiquis in 4. Sed ut cognoscant omnes, quomodo Auctores antiqui intelligebant B. Virginem fuisse sanctificatam & purificatam in Conceptione, decrevi ex Serm. 23. fol. 4. transferre hæc verba; ait enim: Quæ dicitur azora à la Hay maram, dicens: Dixerunt Angeli: O *MARIA* Deus elegit te, & purificavit te, & præposuit te omnibus mulieribus. Primum tangit, quoniam dicit: Deus elegit te, scilicet in Conceptione tua, nam tunc fuit sanctificata in preservatione. Unde in Psalmo: Elegit eam Deus, & prælegit

eam; quod fuit in principio scilicet in Conceptione ejus. Unde Psal. 45. Deus in medio ejus non commovebitur. Adjuvabit eam Deus manè dicitur, id est, in aurora suæ Concept. &c. Quintum tangit quando dicit: Deus purificabit te, non purgando à macula, sed per gratiam faciendo illam magis puram, sicut artifex aurum jam purum mundificat, vel argentum purum magis purum facit deaurando illud, &c. Hæc Garzia.

MARTINUS Gutrie Comburgensis, cum esset Hæreticus, & tabe atque etica febris laboraret à medicis de salute desperatus, & Hæretici tum minis, tum alijs consuetis diligentijs vellent ut in sua secta animâ exhalaret, ipse ægrotus clamoribus ac suspirijs expectabat, ac contendebat ad se medicum Catholicum animæ suæ advocari. Domestici Catholici vicem ejus miserati, ipso festo Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis *MARIÆ* vocarunt Fredericum Fornerium Sacre Theologiæ Doctorem & Bambergæ Cathedralis Ecclesiæ Concionatorem; interrogatusque ægrotus Hæreticus à prædicto Fornerio, quia de causa tantopere Catholicus esse & in Ecclesiæ gremium recipi vellet, respondit: Nocte proximè præterita (erat is dies Conceptionis Beatae Virginis) Beatissima Dei Mater magno circumfusa lumine adstitit mihi, dixitque: Quia me sæpius devotè & intimi cordis affectu salutasti, ecce ad te venio, & moneo instare obitum tuum. Advocato igitur Sacerdote in Ecclesiæ Catholice gremium abscribi postula, peccata tua integrè confitere, sacram synaxim suscipe: nocte enim Nativitatis Filij mei, quâ prodijt ex utero meo navis in hunc mundum, illâ ipsâ horâ veniam & animam tuam mecum adducam ad gaudia felicitatis celestis, &c. Rem fuisse miraculosam probavit eventus, de quo lege Joannem Bourghesium in libro Societatis Jesu B. V. sacra, cap. 25. folio 352.

MARTINUS à S. Josepho, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Avisos de Confesores, y guia de Penitentes, &c. tom. 1. libro 2. tract. 1. de Indulgentijs, num 4. fol. 458. inquit: Advirtiendo que la Virgen nuestra Señora como nunca pecó, ni venialmente, no necesitó de satisfacer por si, y allitoda su satisfacion la librò y puso en el tesoro de la Iglesia, &c. Martini 1649. in folio.

MARTINUS de Lafarte, Poeta Hispanus, scripsit Carmina de Immaculata Conceptione Virginis Dei Matris *MARIÆ*. Impress. cum alijs apud Sancti Zapata in libro de Concept. fol. 169.

MARTINUS de Lilio, Ordinis Minorum Complutenfis, correxisset & emendavit Lib. Flos Sanctorum R. P. Petri de la Vega Ordinis Sancti Hieronymi, anno 1541. in quo folio 11. à tergo & in alia impress. fol. 150. ponitur Legenda seu Historia Immaculatae Conceptionis Virginis *MARIÆ*. Lib. impress. Hispali & Compluti 1572. in folio. Vide verb. Millan Doctor. Item, in alio capite: Como fue instituida la Orden de la purissima Concepcion de la Madre de Dios en la ciudad de Toledo: y los perdones que se ganen el dia de su fiesta. MARTINUS Lutherus Hæretiarca damnatus, natione Saxo, in Sermone de Conceptione Virginis *MARIÆ*, inquit: In Virginis *MARIÆ* Conceptione, cuius corpus progressu temporis juxta aliorum infantulorum ritum factum est, usque ad animæ infusionem non opus fuit tali Conceptione, quemadmodum Christi videlicet, quem solum Deum & hominem



hominem circa viri operam omnibus membris absolutum concipi oportebat: potuit enim MARIA ab omni originali peccato preservari, donec anima infundenda esset, &c. *MARIÆ* Conceptio p̄d̄ creditur sine originali peccato facta esse, ut scilicet in ipsa anima infundente n̄a etiam ab originali peccato purificata fuerit, & deo illi redimere ad accipiendam sanctam animam. Deo ipso infusam, atque ita in primo momento cum virgine conciperet, omnis peccati expertus erat, &c. Sic Virgo MARIA quodammodo inter Christum & alios homines medium tenet: siquidem Christus cum conciperetur & viveret, eo ipso articulo temporis plenam gratiā fuit: ceteri homines sine gratia sunt tam in priori, quam in posteriori conceptione: atq; V. MARIA quamvis juxta priorem conceptionem non plena gratiā erat, tamen juxta alteram Conceptionem plena gratiā erat. Atque hoc non immerito, nam medium fuit inter omnes nativitates, &c. Jam verò sicut Virgo MARIA ritè inter carnalem & spirituales nativitates medium est, finis carnalis, initium autem spiritualis; ita etiam justè medium tenet inter conceptionem. Nam ut ceteri homines tam animā, quam corpore in peccato concipiuntur, Christus autem sine peccato tam corpore, quam animā: ita MARIA Virgo juxta corpus quidem sine gratiā concepta est. Hoc sibi voluit verbis illa, quæ Angelus Gabriël ad eam dicebat: Benedicta tu inter mulieres. Non enim ad eam dici posset: Benedicta tu, si aliquando maledictam commixta fuisset. Dignum etiam & justum erat personam hanc ab originali peccato preservari, de qua Christus sumpturus erat carnem, quæ omnia peccata superaret. Illud propriè benedictum vocatur quod divinā gratiā donatum est, hoc est, quod peccato caret. De hoc alij longè scripserunt & pulchras rationes ostendunt, quas hic percensere nimis longum foret. Huculque Martinus Lutherus, ut ad litteram refert Rutilius Benzonius lib. 2. super Magnificat, cap. 22. dubio 7. fol. 1. 46. & aliqua verba sermonis fragmenta adducunt Maximilianus Sandæus in libro: MARIA luna mystica, in Oracione de Purificatione, fol. 118. Gregorius de Valentia tomo 4. disp. 2. quæst. 1. punct. 2. col. 360. Andreas Copensteinus de recitatione Rosarij lib. 1. cap. 12. fol. 130. Jacobus Polius in lib. de Joachimo & Anna part. 1. §. 15. fol. 64. Verba autem citant apud Lucherum tomo 6. editionis Argentoratensis ann. 1527.

Item, in Postilla de Annuntiatione Virginis MARIAE, inquit: Siquidem gratia Dei ipsam omnino abundantem fecit, & ab omni malo liberat. Secundo Deus cum ipsa est, hoc est, omne quod facit aut omittit divinum est, & in eo à Deo proficitur: ad hæc tutatur eam & defendit ab omni quod nocivum & incommodum esse potest, &c. Vide Rutilium Benzoniū ubi supra. Et licet pessimus iste hæreticus, quando erat Catholicus piam tenuerit sententiam; quando tamen apostatavit à fide etiam mutavit opinionem; & hæc ratio quare in alijs locis docuit contrariam.

MARTINUS à Magistris, Parisiensis Theologus, in Contemplatione melliflua super Salvatorem, quam verius vocare licebit eloquentissimam, piissimam, doctissimam ac planè auream eisdem Cantici seu Paraphrasim, seu Commentationem, &c. ad illud: O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo MARIA, num. 6. folio 665. inquit: Neque videtur quisquam novum in te quendam excel-

lentissimum clementiæ modum finire, quæ novè profusus ac inusitata ratione ab ira filiatione crederis absoluta. Fuimus iræ filii omnes, furorique principiantis summâ judicii æquitate expositi, à quo malo sacra nos fecit regeneratio liberos; at te et si Evæ prolem fecerit ipsa naturæ propagatio, ne tamen in te generis maledictionem inserret, ne communi vulgatoq; miseriæ sobolis inficereris contagio summo quodâ fuit spectata majestatis beneficio præpedita. Non est à te exclusa ullius Sacramenti virtute generis infectio, sed quam illatura erat suâ conditione generatio tua, miseratione Principis ne illaberetur, prohibita est. Quare detrahit tibi nemo singularem celestemq; clementiæ gradum, qui haud vulgarem, quâ nascens ab furore liberareris, indultam tibi rationem concesserit. Neq; altera illustrissimæ pietati tuæ fuisse videtur origo; nam mortalium miseriam ac calamitates rigidâ illâ justorum severitate prospicere non potes, quæ sola inter homines quod minùs misera esses, ab ipso felicitatis Principe adversum tui generis cladem, singulari privilegio beneficium accepisti. Factura erat te miseram ut cæteros origo, nisi communis nascentiæ venena piissimis in te pietatis auctor præcurrisset antidotis, &c. Impress. cum Parnaf. Marian. Antonii Baling. Duaci 1624. in 12.

MARTINUS Marteau, Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Sacræ Theologiæ Professor Gallus, in libro: Abregé des privileges, merites & indulgences de la Confrairie du S. Scapulaire, &c. folio 236. narrat quomodo Leo X. concessit plenariam indulgentiam omnibus audientibus Missam Immaculatæ Conceptionis quocumque anni die, &c. Impress. . .

MARTINUS Martínez de Ampies, Poëta antiquus Hispanus, in libro cujus titulus est: Triunpho de MARIA, ad finem libri inquit:

*Digamos por cierto que dende la hora  
Que fue preservada por la providencia  
Ya fueron sugetas con gran obediencia  
Las virtudes todas à nuestra Señora.*

Et folio penultimo sub hoc titulo: Comienza el primer amor de la Virgen:

*El Amor Madre primero  
Que todo saber inclina  
Tuvo Dios por muy entero  
Para nuestra medicina  
Quando su mente divina  
Te escogio, y ante escogio  
Y escogida clarecio  
Tu persona, y alma fina.*

Lib. impress. characteribus antiquis in 4. absque anno vel loco impressionis.

MARTINUS Martínez, Cantapetrensis Hispanus, in lib. suo Hypotyposeon 6. cap. 3. pro immunitate Beatæ Virginis ab originali peccato §. unum. Impress. Salmanticae 1582. in folio.

MARTINUS Miricanus, Ordinis Minorum Belga, in suis locis communibus, fol. 311. verb. MARIA agit de Immaculata Conceptione, & quid circa hoc actum sit Romæ, in Helvetia, ac alibi. Extat manusc. in Conventu Fratrum Minorum Recollectorum Bootendalensis in Silva prope Bruxellas, in fol. litt. H. 5.

MARTINUS Olave, Societatis Jesu Hispanus, primus fuit qui in Romano Collegio Theologiam docuit & Immaculatam Beatæ MARIAE Conceptionem asseruit, quæ ab ipsamet. Deipara opti-



ma Societatis magistra profecta videtur. Ita Pater Joannes Bourghesius, in libro: Societas Jesu B. V. sacra, cap. 27. fol. 380.

**MARTINUS** de Peraza, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro Sermonum Adventualium, part. 1. de Conceptione Domine nostrae Virginis **MARIÆ** Concionem unam, à fol. 408. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1600. in 4.

Item, in Mariali manuſc. quod extat in Bibliotheca D. D. Didaci de Arce Inquisitoris Generalis, est ejusdem Sermo de Immaculata Virginis Conceptione, de quo aliqua verba refert Joan. Tam. de Salazar folio 232.

**MARTINUS** Perez de Guevara, Ordinis Minorum Hispanus (noſter socius & continuus comes in omnibus laboribus nostris & conquirendis monumentis antiquis pro Immaculata Virginis Conceptione contentis in hac Militia & in alijs operibus, de quibus vide verb. Petrus de Alva) diſpoſuit ac in lucem dedit Libellum cujus titulus Hispanus est: Juicio de Salomon, &c. in quo ſemel & iterum mentio fit de Immaculata Virginis Conceptione. Lib. extat impress. Lovanii in Typographia Immaculatae Conceptionis sub ſigno Gratia, anno 1663. in 8.

**MARTINUS** Perez ab Unanoa, Societatis Jesu Hispanus, in libro de Deo Uno & Trino aſſerit: Quod licet Virgo **MARIA** fuerit præſervata à peccato originali, eam redemit Chriſtus propriè, & quod in Adamo ſolum fuit quoad derivationem originalis iuſtitia, & quod non habuit debitum proximam, ſed tantum remotum ad peccatum originale. Vide latè in indice. Lib. impress. Lugduni 1635. in fol.

**MARTINUS** Philippus de Convelt, Societatis Jesu, in libro: Theatrum excellentiarum ſacratiffimæ Deiparæ ex confociatione excellentiarum ſui Filij, &c. de Immaculata Conceptione **MARIÆ** habet plura tomo 2. à folio 2000. ac deinceps ſparſim per totum Opus; ut videre eſt in indice concionatorio. Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1655. in folio.

**MARTINUS** Primus Papa, in Synodo Lateranensi centum & quinquaginta Episcoporum præſentiâ illustrata, canone 3. ſic definit: Si quis non conſitetur propriè & verè Dei Genitricem S. ſemper Virginem Immaculatam **MARIAM** in ultimis ſæculorum abſque ſemine concepſſe, & ex Spiritu ſancto, & incorruptibiliter enixam eſſe, & indiſſolubili permanente & ante & poſt partum ejusdem virginitate, ſit condemnatus, &c. Micha. Carran. in lib. de Virginit. **MARIÆ**, cap. 15. fol. 118.

**MARTINUS** Quintus Pontifex Maximus, ſedebat in Beati Petri ſede, quando quidam Toſolani Studij Rector fuit auſus determinare *Beatam Virginem in originali peccato fuiſſe conceptam*. Quae de re furore populi pulſus è civitate, Romam veniens ad Summum Pontificem Martinum de illata ſibi injuria conqueſtus eſt, volens Concluſionem ſuam publicâ defendere diſputatione in dictaque à Pontifice diſputationis die, & jam collecto maximo Doctorem Conventu, cum Frater ille non veniret, miſſus eſt nuntius qui eum advocaret. Fratres autem apud quos ille hoſpitatus fuerat, ad ejus cellam pergentes ipſum mortuum reperere, interiora ventris non habentem. Ita Marac. in Pontif. Marian. folio 142. ex Bened. Gognono in Chron. ad annum 1419.

**MARTINUS** delRio, Societatis Jesu Hispanus, de Revelatione Sanctæ Catharinæ Senenſis circa materiam Conceptionis, nec non de actis quæ contigerunt Bernæ apud Helvetios anno 1509. &c. Sectionem unam, in libro Diſquiſitionum Magicarum libro 4. cap. 1. quæſt. 3. ſect. 4. folio 140. Impreſſ. Lugduni 1604. in 4. regali & Venetijs 1616. in 4.

Item, in feſto Conceptionis Virginis **MARIÆ** Panegyricum ſeu Concionem, in libro dicto: Opus Marianum, ſive florida Mariana, ſive de laudibus ſacratiffimæ Virginis Deiparæ. Impreſſ. Lugduni 1607. in 8. regali.

Item, Quod **MARIA** Virgo contrivit caput ſerpentis, quia nunquam à ſerpente admoſa, ſed ſemper quæ victrix fuit, tomo 1. de Adagijs ſacris veteris & novi Teſtamenti, Adagio 6. Lib. impress. Lugduni 1614 in 4.

Item, Quod **MARIA** caput ſerpentis contrivit, quia ſemper diaboli victrix fuit, ſuper 3. cap. Geneſ. ad illa verba: Ipſa conteret caput tuum. Lib. impress. Lugduni 1618. in 4.

Item, Quod **MARIA** fuit tota pulchra, quia nulla macula fuit in ea nec actualis, nec originalis, &c. in libro Cant. 4. cap. 4. ſect. 1. Impreſſ. Lugduni 1607. in 4. Item, Quod **MARIA** potuit in ſua Conceptione filia naſci, ſed id Filius non permiſiſi, &c. in eodem Cantic. cap. 6. ſect. 2. folio 464. Item, in eodem cap. 6. ad illa verba: Pulchra ut luna, ſic ait: Luna plenè nitens, non exilia oſtentans cornua, non ſemiplena, ſed perfectæ ac toto orbe ſplendida, non quidquam retinens imperſectum, ſed totum globum lucidum præ ſe ferens.

**MARTINUS** de Roa, Societatis Jesu Hispanus, in lib. de ſtatu animarum in Purgatorio, c. 2. fol. 13. Quod Sanctiffima Virgo **MARIA** Domina noſtra tanquam filia per ſpecialem gratiam Patris æterni, tanquam vera Mater Dei Filij ac Sponſa Spiritus Sancti, ut Templum Sanctiffimæ Trinitatis, ut cælorum & terræ Domina, tanquam Regina ſuprema Angelorum, hominum & dæmonum non ſuit comprehenſa in lege peccati originalis, in quo nos concipiunt matres noſtrae, nec ſuit iurata ſupremi Legiſlatoris ipſam comprehendere in ſua lege. Impreſſ. Hiſpali 1619. Hiſpanicè in 16. & in lib. impress. Italicè Romæ 1629. in 24. folio 16.

Item, de Monasterio Monialium Immaculatae Conceptionis Diſcalceatarum civitatis de Eſija, fundato anno 1599. in Historia ejusdem civitatis, lib. 3. fol. 146. Item, de Hoſpitali Immaculatae Conceptionis Virginis **MARIÆ**, fundato anno 1597. ibidem fol. 147. Impreſſ. Hiſpali 1629. in 4.

Item, in libro dicto: Singularium ſcripturae, parte 2. lib. 4. cap. 9. ſub hoc titulo: Sanctiffimam Virginem **MARIAM** originariâ peccati labe penitus exemptiſſe, nonnullis ſacrae Scripturae locis oſtenditur, & ex quibusdam alijs, nihil ex eis adverſus hanc veritatem haberi, contenditur, &c. Eſt quaſi tractatus à fol. 547. uſque 580. Lib. impress. Lugduni 1634. in 8. regali.

Item, in lib. Sanctos Honorio, Eutyhelio, Eſteban Patronos de Xerez de la frontera, &c. fol. 44. à tergo, loquens de cujuſdam Eccleſiæ Cappellâ, inquit: Entre ellas una de la Immaculada Concepcion de nueſtra Señora concebida ſin peccado original, con una inſigne Confradia, de que la ciudad es Patrona, de tiempo immemorial, &c. Lib. impress. Hiſpali 1617. in 4.



MARTINUS Ruiz, Ordinis Minorum Hispanus, in Directorio & Processionario Ordinis Minorum, &c. folio 416. ponit formam præstandi habitum Novitiis purissimæ Conceptionis usq; 422. Lib. impress. Matriti 1633. in 4. Daza citat eum fol. 42. & 417. Sed hæc differentia provenit ex diversis impressionibus.

MARTINUS Rythovius, Episcopus Iprensis, in Scurtis Synodalibus Iprensis Diocesis celebratis anno 1577. titulo 21. de Festis, cap. 2. folio 214. assignat Conceptionem Virginis MARIE ut festivam. Lib. impress. Ipris 1577. in 4. & Antwerpæ, anno 1634.

MARTINUS Sibenius, Societatis Jesu Germanus, in libro: Magnificencia Dei erga Matrem suam M. C. XXII. elogiis, titulisque stellas eam numero excedentibus explicata, quibus à Clientibus illa suis, Patribusque Ecclesiæ Doctores cohonestatur, Auctore Paulo de Barri ejusdem Societatis, fol. 159. pro die 8. Decembris, & Conceptione Beatæ Virginis MARIE vocat MARIAM generalem commune mundi, negotium omnium Irculorum, atq; procerium miraculorum Christiani, &c. Lib. impress. Colonia Ubiorum 1649. in 24. regali.

Item, Latine reddidit Tractatum seu Librum R. Pat. Joannis Eusebii Nieremberg. de Affectu & amore erga MARIAM Virginem; ubi plura de ejus Immaculata Conceptione, præcipue folio 315. de immunitate Deiparæ ab omni culpa. Antwerpæ 1645. in 12.

MARTINUS de Sparza vel Esparza Artieda, Societatis Jesu Hispanus, in Collegio Romano Sacræ Theologiæ Professor, scripsit Opusculum sub hoc titulo: Immaculata Conceptio Beatæ MARIE Virginis delecta ex origine peccati originalis. Impress. cum licentia Ananias Episcopi Sutrii & Nepefini Vicis gerentis, & R. P. Raymundi Capilucci Ordinis Præd. Sacri Palatii Magistri, Romæ 1655. in folio.

MARTINUS Turnhout Brabandus, Ordinis Minorum, in 3. lib. Sent. dist. 3. agit de Immaculata Virginis Conceptione, ut citat Antonius Daza in lib. de Concept. cap. 6. folio 48.

MARTINUS de la Vera, Monachus Sancti Hieronymi Hispanus, in Instructione prævia ac necessaria Ecclesiasticorum, cap. 14. §. 6. fol. 353. inquit: Y de aqui viene à la Virgen santíssima por ser Madre de Dios, la mas suprema y singular dignidad que se pudo comunicar à la criatura, fuera de la union hypostatica, &c. Lib. impress. Matriti 1630. in fol. Si MARIA habuit maximam dignitatem, quæ communicari potest humanæ creaturæ & unitio hypostatica, & justitiæ originalis vel gratia in primo instanti non pertinet ad unionem hypostaticam; igitur illam habuit.

MARTINUS de Vejar, Ordinis Minorum Hispanus, in Summario suo agit de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, ut refert Antonius Daza cap. 6. folio 50.

MARTINUS de Villanueva, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Exclamatione ad Dominum nostrum Jesum CHRISTUM, folio 1. inquit: Bendita tu eres, entre todas las mugeres, por seras sola aquel raro privilegio de la inmunidad del original culpa, &c. Sermon. impress. Toloni 1649. in 4.

MARTINUS Ximena, Canonicus Sanctæ Ec-

clesiæ Tolctanæ Hispanus, in libro: Catalogo de los Obispos de las Iglesias Cathedralas de la Diocesis de Jaen, y Annales Ecclesiasticos de este Obispado, folio 164. de Monasterio Dominice Conceptionis fundato anno 1562. & ipsis Religiosis subiecto in civitate Giennen. De hoc etiam agit folio 481. Item, folio 174. in civitate de Andujar de Monasterio Immaculata Conceptionis Dominice nostræ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, fundato anno 1587. & de hoc etiam agit folio 494. Item, Quod in Conventu Sanctissimæ Trinitatis de Ubeda extat memoria & Capella sub titulo Immaculata Conceptionis, dotata pro omnibus quartis feriis à Catholico Rege Ferdinando, &c. fol. 213. Item, Quod D. D. Petrus Pacheco Cardinalis & Episcopus Gadicensis, fuit devotissimus purissimæ Conceptioni, & quomodo fuit primus motor circa Decretum Concilii Tridentini, &c. folio 476. Item, de Monasterio Conceptionis Religiosarum primæ Regulæ Sanctæ Claræ, fundato à D. D. Melchiore de Soria Episcopo Trojano, &c. folio 525. Lib. impress. Matriti, anno 1652. in folio.

MARTYROLOGIUM Anglicanum, ad diem 8. Decembris, sic inquit: Conceptio gloriosæ & Immaculata Virginis MARIE; quod festum cepit celebrari in Anglia per Monachos Ordinis S. Benedicti, & Sanctum Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem propè ann. 1070. & postea fuit confirmatum à Sancta Ecclesia Romana, & justum quod illius festum per totam Christianitatem celebretur ad augendam devotionem fidelium tam magnæ Dominæ & protectricis, &c. Lib. impress. anno 1640. in 8.

Antiquum Romanum, ad diem 8. Decembris: Conceptio Sanctissimæ Virginis MARIE Genitricis Dei & Domini nostri IESU CHRISTI. Impress. Venetiis 1509. in 4. & 1517. & Romæ 1584.

Cisterciense, de Conceptione Virginis MARIE habet Notam latam tam in impressis, quam in manu. Gallicanum, ad diem 8. Decembris: Conceptio Sanctissimæ Virginis MARIE, &c. Reliqua vide ibi, part. 2. fol. 982. Impress. Parisiis 1637. in folio.

Juxta ritum sacri Ordinis Prædicatorum, auctoritate Apostolica approbatum, ad diem 8. Decembris: Conceptio gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei MARIE, festum totum duplex. Impress. Romæ 1637. in 4. regali.

Partim manu. & partim impress. ad diem 8. Decembris: Festum Conceptionis gloriosæ Virginis MARIE. Extat in Bibliotheca D. D. Cardinalis Barberini, absque principio & fine Plut. 42. littera B. num. 28.

Patrum Carthusianorum, die septima Decembris adducit vigiliam Conceptionis Beatæ MARIE, & die 8. Conceptionem Immaculatam Beatæ MARIE solemne; ut videre est in Enchiridione seu Manuali R. P. D. Joannis Michaëlis Constantiensis, fol. 77.

Romanæ Ecclesiæ in singulos anni dies accommodatum Petro Gallefino Protonotario Apostolico Auctore, ad diem 8. Decembris: Conceptio Beatissimæ Virginis MARIE Dei Genitricis, &c. Et in Annotationibus, folio 190. Annotationio pro antiquitate festi Conceptionis; ut videre est in Patre Gallefino. Impress. Venetijs 1578. in 4.

Romanum ad novam Calendarij rationem & Ecclesiasticæ Historiæ veritatem restitutum, Gregorij XIII. Pont. Max. jussu editum, ad diem 8. Decem-



Decembris: *Conceptio gloriosa semper Virginis Dei Genitricis MARIE*. Impress. Antuerpie 1586. in 8. regali & Romæ 1584.

Romanum linguâ Italicâ jussu Gregorij XIII. Pont. Max. editum, die 8. Decembris: *La concezione della gloriosa semper Vergine MARIA Madre di Dio*, cum margine sequenti: Nel tempo che Guillelmo Duca de Normandia regnaba in Inghilterra circa l'an 1070. fu instituta la solemnità nel suo regno, & ultimamente dal sacro Concilio Tridentino & da Pio V. confirmata. Romæ 1636. in 4.

Romanum Gregorij XIII. Pont. Max. jussu editum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio gloriosa semper Virginis Genitricis Dei MARIE*. Impress. Romæ 1584. in 12.

Romanum Italicè impress. Romæ in 4. ad diem 8. Decembris: Sancta Chiesa rinova hoggi la memoria della *Concezione della gloriosa & semper Vergine MARIA Genitricis de Iddio*, folio 282.

Romanum, in die *Conceptionis gloriosa semper Virginis Dei MARIE* Kalendam. Venetijs 1611. in 4. & Romæ 1630. in fol.

Romanum linguâ Gallicâ ex versione Philippi Labbe Biturici Societatis Jesu, ad diem 8. Decembris folio 369. *Conceptio sanctissima Virginis & Matris Dei*. Parisijs 1643. in 4.

R.D. Francif. Maurolicij Abbatis Messanen- sis, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatissimæ Virginis MARIE Genitricis Dei, & Domini nostri JESU Christi*. Impress. Venetijs 1570. in 12.

Secundùm morem Romanæ Ecclesiæ cum Kalendario ad Sacerdotum usum, die 8. Decembris: *Conceptio sacratissima Virginis MARIE Genitricis Dei, & Domini nostri JESU Christi*. Venetijs 1549. in 12.

Secundùm morem Romanæ Curia antiquum, ad diem 8. Decembris: *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIE Genitricis Dei & Domini nostri JESU Christi*. Impress. Venetijs 1509. in 4.

Uluardi cum additionibus Joannis Molani Lovaniensis, ad diem octavam Decembris: *Conceptio sacratissimæ Virginis MARIE Genitricis Dei & Domini nostri JESU Christi*. Lovanij 1573. in 8.

MASSICUS Fruzalcho, Ordinis Minorum Italus; edi curavit primam partem Sermonum R.P. F. Thomæ Illyrici de Auximo, in qua sunt Sermones 25. de Beata Virgine, quorum prius est de *Immaculata Conceptione Dei paræ Virginis MARIE*; ut videre est in libro impress. Tolozæ anno 1521. in 4. à fol. 122. usque 138.

MATTHÆUS Alcover, Ordinis Minorum, in Theibus sub patrocinio R.P.F. Petri Perez ejuldem Ordinis, inquit: *Inter puras creaturas sola Virgo MARIA extitit præservatè redempta*, &c. Valentia 1654. in charta expansa.

MATTHÆUS Aloysius van Hulsten, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanij die 27. Julij anno 1659. Thesi 10. hæc defendit: *Sacratissimam Dei Genitricem Mariam ab originali labe immunem fuisse statuimus, quam non uno loco à communi omnibus labe excipit Divus Thomas*. Impress. ibidem in 4.

MATTHÆUS Andebertus, Doctor Gallus, in lib. Flores Operum Divi Bernardi Abbatis Clavallensis, post librum 10. fol. 757. adducit ferè omnia, quæ nos in Bernardo dedimus *pro immunitate Virginis MARIE*, quorum solum hic transcribo verba ipsius, fol. 760. O Beata MARIA sola inter mulieres benedicta, sola à generali maledictione libera, &

dolore parturientium aliena, &c. Lib. impress. Lugduni 1570. in 12. regali.

MATTHÆUS Apostolus & Evangelista, natione Galilæus (aliàs vocatus Levi) pro Immaculata Virginis Conceptione, sic inquit Nivei candoris es, ô MARIA Immaculata! *scrypus sine nodo, Spiritus Sanctus qui est æternum donum te sanctificavit, purgavit & illuminavit, & singularibus privilegijs decoravit*, &c. Ita Beatus Amadeus in sua Apoc. nova, raptu 8. Vide Hippolytum Marraccium in in Apoff. Marianis, & nostram Biblioth. Marianam tomo 1. In nostra Bibliotheca Virginea, sic verba Matthæi habentur: Evam legimus & cavimus de costa Adæ plasmam nobilissimam & delicatissimam complexionisque optime fuisse, & ipsi viro, de quo sumpta erat, simillimam sed de nobiliorem & meliorem in cunctis membris, humo- ribus & corporis partibus, in utero sacratissime Aene incomparabiliter plasmavit, & in omnibus componit tui (quod per donum Spiritus Sancti, te quoque adjuvante ut Matre, optimum & perfectissimum plasmatum est) simillimam reddidit. Ipse est speciosus præ filijs hominum, tu similiter post ipsum, & valde parum distans ab ipso, pulcherrima mulierum es & super omnes pulchra & decora. Congruum quippe erat, ut Mater gratiæ veritatis & misericordiae, Genitrixque Dei dignioris complexionis esset, quàm mater carnalis omnium viventium. Iustum certè erat, ut illa dignior esset etiam in corpore omnibus alijs, ex cujus purissimo sanguine humore plasmandum erat dignissimum corpus Redemptoris omnium. Annuntiabimus & animæ tuæ, ô MARIA! præclarissimas virtutes, &c. Item, infra: Nivei candoris es ô MARIA Immaculata. *scrypus es nodo carens, penas corporis de peccatis primi parentis in posteritatem derivatas pro parte & tu tanquam carne corruptibili obtaenta sustulisti & penas animæ, quæ obsunt & non profunt, non habuisti*, &c. Item, infra: Neque mirum nam Spiritus Sanctus qui est æternum donum te sanctificavit, præservavit purgavit, illuminavit, & singulariter privilegijs decoravit.

Ista dona non statim omnibus manifestabuntur, sed in varijs temporibus, prout donator magni consilij ordinavit, nunc hæc, nunc illa revelabuntur, &c. Vide Bibliothecam nostram Virginealem, seu MARIE Mare magnum, tomo 1. fol. 715.

MATTHÆUS Beltran, Poëta Hispanus, scripsit Epigrammata de *Immaculata Virginis Conceptione* Carmine Heroico. Extant apud Didacum Cano de Concep. fol. 72. Et Cationem folio 78. & 90.

MATTHÆUS Bredembachius Kerpensis Embricus, scripsit in sexaginta novem Psalmis seu Hymnos Prophetæ Davidis, & in sanctum Jesu Christi Evangelium secundum Matthæum crudita, catholica & pia Commentaria; ubi ad cap. 12. Matthæi, folio 116. postquam dixerat, quod Virgo MARIA fuit plena & repleta gratiâ, addit: Corpore sola Virgo MARIA concepta peperit, sed eadem omnium mortalium plenissimè eundem concepit genuitque spiritu. Unde gratiâ plena salutatur ab Angelo, plena (inquit) fide, & omnibus Spiritus sancti charismatibus. His enim ornata, facta est idonea, quæ conciperet illum omnis gratiæ fontem, adeo divitem & abundantem, ut nos de plenitudine ejus acceperimus omnes, &c. Impress. Coloniz 1560. in fol.

MATTHÆUS Cantacuzenus sive Matthæus Augustus, Joannis Cantacuzeni Imperatoris progenitus



mogenitus, natione Græcus, in Cantica Cantorum Salomonis super illa verba cap. 1. Si ignotas te, o pulcherrima inter mulieres, vocat Virginem *liberatam, pulchram, Immaculatam, &c.* Et ad illa verba: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, &c. inquit: Exultabundus **MARIAM** Virginem divinæ dispensationis officinam beatam prædicans, eam pulchram esse pluribus in locis reperit, quia habitaret in ea pulchritudinis auctor Salvator Deus. Oculi tui columbæ; tanquam ea, *que in oculis nil habebat iniquitatis, sed tanquam a deo composita, ut ei fas erat quæ hospitium jam erat effecta unigeniti Filij Dei.* Item, cap. 2. super illa verba: Sicut lilium inter spinas, &c. ait: Venerandam nimirum Virginein, quod ex ipsa fructus nasciturus esset vitæ, quam lilium nominavit dicens: Sicut lilium in medio filiarum merarum, hoc est, *sola Virgo in medio earum, que in tristitia sunt filiarum Adam, gaudium & lætitiâ ex Dei munio est consecrata.*

Et cap. 4. inquit: Mater Virgo, *quæ nullis unquam fuit capta insidijs, atque ab omni proorsu subdola versutia fraude aliena perstrita, &c.* Item, cap. 8. super illa verba: Lampades ejus lampades ignis, &c. ait: In his quoque sublimem cellamque *inculpatae Virginitatis præstantiam* Propheeta demonstrat, &c. Et ad illud: Sexaginta sunt Reginæ, &c. vocat Virginein *ab omni proorsu labe expertem, electamque à Deo in Matrem ante mundi constitutionem, & quod ad beatæ Virginitatis splendorem peccati recesserunt nullo modo.* Item, ad illud: Exurge proxima mea, inquit: Judæorum quidem populus ut immunus à Deo est reprobatus; *Virgo verò ex parte labis expertis, tanquam purissimum templum in ipsius est electa amicum, &c.* Extant hæc omnia & alia in libro impress. Romæ 1624. in folio.

**MATTHÆUS** à Castro Insulensis, Canonicus Valentiniensis, in Epitome concordiæ & historiæ Evangelicæ Cornelij Jansenij Episcopi Gandavensis, ad finem adducit Indicem concionatoarium *pro feclivitate Conceptionis Virginitatis MARIÆ.* Lib. impress. Lugduni 1594. in 8. regali.

**MATTHÆUS** Dresserius, de festis diebus Christianorum, Judæorum & Ethnicorum, folio 219. de Conceptione **MARIÆ** Virginitis 8. Decembris, confirmata in Concilio Basileensi anno 1441. ubi sic inquit: Certatum fuit acriter de **MARIÆ** Matre Domini, *utrum absq; originali peccato concepta sit, nec ne?* de qua questione Synodus Basileensis statuit sentiendum esse omnino, *singulari quodam privilegio absq; peccato conceptam illam esse.* Hujus Decretum secuta Facultas Theologica Moguntinæ Academiæ, item Parisiensis & Colonienfis Theologi anno Christi 1501. &c. Lib. impress. Lipsiæ 1602. in 8.

Item, in lib. *Magogæ Histor. complectens res præcipuas maximeque memorabiles in Ecclesia & politia ab Othone III. usque ad annum 1591.* Millennium 6. folio 254. circa Decretum Basileense, inquit: Decretum item est **MARIAM** Virginein *sine peccato originali conceptam esse, idq; singulari quodam privilegio.* Lib. impress. Lipsiæ 1594. in 8.

**MATTHÆUS** Fenarius, vel Mathias, Ordinis Prædicatorum, scripsit *pro Immaculata Conceptione,* ut refert Franciscus Pistoia in **MARIA** Triumph. coron. 2. cap. 5. fol. 162. num. 77.

**MATTHÆUS** Ferchius Veglensis, Ordinis Minorum Doctor, & Provinciæ S. Bonaventuræ

Provincialis, in sua Apologia pro Joanne Duns Scoto contra Joannem Fridericum Matenensium, Abrahamum Bzovium Polonum, & Paulum Jobium Nacomensem, libro 2. numero 7. agit de *Beata Virginitatis Immaculata Conceptione, & quomodo à peccato originali fuit immunis.* Et eodem libro 2. num. 49. Quid Joannes Duns Scotus fecerit *pro Immaculata Virginitatis Conceptione,* ubi duodecim facinora sive duodecim stellas refert. Item, *Quod Conceptio Virginitatis MARIÆ est Immaculata* secundum Scotum & Bzovium, libro 2. num. 4. folio 13. Impress. Bononiæ 1620. in 8.

Item, in vita Joannis Duns Scoti, cap. 5. fol. 23. de singulari devotione, quâ Joannes Duns Scotus in Beatam Dei Genitricem deflagavit in questione illa celeberrima *de Conceptione Deiparæ intemerata, quâ eam ab omni criminis contagio conatus est ostendere innocentem, impollutam, segregatam à peccatoribus, &c.* Et cap. 9. agit de devotione prædicti Doctoris Joannis Duns Scoti ad *intemeratam Conceptionem Virginitatis MARIÆ.* Lib. impress. Bononiæ 1622. in 8.

**MATTHÆUS** Gallenus, Duacensis Cancellarius, in Catechesi 17. tuetur sententiam *de Immaculata Virginitatis Conceptione.* Impress. Duaci 1574. in 4. & Lugduni 1593. Vide Andream Croquecium.

**MATTHÆUS** Herbenus, Belga Brabandus, scripsit ad annum 1495. Librum unum *pro Immaculata Virginitatis MARIÆ Conceptione;* de quo mentionem facit Hippolytus Marracc. in Catalogo ad annum 1495. & in Biblioth. folio 105. Leon. class. 6.7. & 9. Pistoia fol. 228.

**MATTHÆUS** Kelifonus, Doctor Duacensis, in 3. part. D. Thomæ quæst. 27. art. 2. dubio 1. folio 266. col. 1. littera C. Utrum Beata Virgo fuerit sanctificata in utero, & sit nata cum sanctitate? Questionem unam. Hic ad nullam se inclinat sententiam, dicit enim: Hinc patet Beatam Virginein fuisse saltem sanctificatam in utero, & mundatam à peccato originali, si illud in Conceptione sua contraxit. An autem concepta sit in peccato originali & paulò post mundata, ut tenet D. Thomas, & cum eo tenent Thomistæ; an verò in ipsa Conceptione sanctificata sit, & omnino præservata à peccato originali, non est hoc loco disputandum. Paraveram sanè disputatione satis prolixam, quâ utramq; opinionem cum suis argumentis absque alterius condemnatione proposueram; sed quoniam per recentia Summorum Pontificum Decreta Pauli V. die 31. Augusti 1617. & Gregorii XV. die 24. Maii 1622. inhibita videtur omnis hæc de re disceptatio; pro ea, quâ Sedis Apostolicæ Decreta veneratione prosequor, superferendû duxi, & nihil de hac re dicendum. Impr. Duaci 1633. in fol.

**MATTHÆUS** Magnanus Viennensis, Congregationis Oratorij Forosymphroniensis, in libro: Dissertatio Theologica, Philosophica, Legalis & Historica tum de lacrymis prodigiosæ imaginis Sanctæ **MARIÆ** novissimæ de Gratijs Primebillorum Feretræ Provinciæ, tum de liberatione Viennensium à bello divinitus, &c. 4. part. dissert. quæst. 2. sect. 1. fundamento 3. vocat *Conceptionem Virginitatis MARIÆ sanctam,* fol. 694. Item, quæst. 1. sect. 3. s. 4. dist. 6. agit de officio *Conceptionis,* & quomodo recitatur in Piceno & Sancta Lauretana domo cum octava, folio 749. Lib. impress. Bononiæ 1653. in 4.



**MATTHÆUS** de Moya, Societatis Jesu Hispanus, in publicis Conclusionibus tam in Collegio Complutensi, quam Matritensi defendit Virginitatem non solum immaculatam conceptam fuisse, sed etiam à proximo debito contrahendi peccatum originale fuisse immunem. Extant impress. in charta expania, anno 1653. & 1658.

**MATTHÆUS N.** Ordinis Prædicatorum, celebravit festum Conceptionis ex revelatione Sanctæ Birgittæ. Rem sic narrat Gosthalculus Holem Ordinis Sancti Augustini, dicens: Quintus testis est Sancta Birgitta; nam in suis revelationibus habet, quod quidam Capellanus nomine Matthæus semel interrogans eam, dixit: Dic mihi precor filia, si Virgo benedicta fuerit concepta in originali fortè illa macula. Et illa respondit: Semel interrogavi Beatam Virginem, ut mihi diceret modum suæ sanctissimæ Conceptionis, cui Virgo benedicta respondit: Concepta sum ex Joachim & Anna sine originali macula. Hæc omnia revelavit Sancta Birgitta suo Capellano, scilicet Magistro Matthæo Ordinis Prædicatorum, qui statim celebravit festum Conceptionis. Hoc in Auctore supra citato serm. 10. Hoc idem refert Auctor antiquus Michaël de Carchano Mediolanensis in Quadragesimali de Penitentia, serm. de Conceptione, part. 3. fol. 16. colum. 3. & concludit sic: Statim præfatus Magister Capellanus istius Sanctæ Birgittæ celebravit & prædicavit festum Conceptionis. De hoc agit Serran. lib. 2. cap. 30. num. 11. L. con. class. 9.

**MATTHÆUS** de la Natividad, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit magnum Volumen sub hoc titulo: Allegatio sacra pro mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis *MARIÆ*, quod manus habuimus præ manibus pro conficiendo nostro Arment. Seraphico, & illud etiam citat P. Petrus de Quintanilla in vita Cardin. Ximenez, cap. 12. folio 93.

Item, in libro: Minerva Eucharistica; arbol de la vida con doce frutos distribuidos y acomodados à los doce meses del año, &c. multa invenies pro Immaculata Virginis atque purissima Conceptione, præcipuè folio 38. & 74. & 158. & 293. Vide ibi. Lib. impress. Matriti 1644. in 4.

**MATTHÆUS** de Novara, Ordinis Minorum Italus, sustinuit sententiam de Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ*. Ita Antonius Daza in tract. Concept. c. 6. fol. 51. ex Bernardin. de Buis. serm. 9.

**MATTHÆUS** de Orlando, Ordinis Carmelitarum Italus, in Cursu Theologico ad 3. part. D. Thomæ, tract. 5. de Conceptione Beatissimæ Virginis *MARIÆ*, circa quæst. 27. 3. part. D. Thomæ in disput. 1. de Conceptione Beatissimæ Virginis quantum ad naturalia, Quæst. 1. ponit: Utrum Beatissima Virgo fuerit concepta ex semine virili? Quæst. 2. Utrum Beata Virgo habuerit usum rationis ab instanti suæ animationis? Disputatione 2. Quæst. 1. Utrum Beata Virgo fuerit sanctificata in utero matris? adducit hanc unicam Conclusionem: Beata Virgo fuit sanctificata priusquam ex utero matris nasceretur. Quæst. 2. Utrum Beata Virgo fuerit in peccato originali concepta? adducit hanc unicam Conclusionem: Beata Virgo de sæculo non contraxit peccatum originale. Quæst. 3. Utrum Beata Virgo peccaverit in Adamo habueritque debitum contrahendi originale peccatum? cuius prima Conclusio

est: Beatissima Virgo habuit debitum remotum & radicale contrahendi peccatum originale in propria persona, & fuit in illa debitum peccandi in Adamo, nisi præservaretur. Conclusio 2. Beatissima Virgo nec peccavit in Adamo, nec habuit debitum proximum contrahendi peccatum originale. Quæ omnia reperies à fol. 285. usque 305. Lib. impress. Romæ 1653. in fol.

**MATTHÆUS** Philadelphiensis, in lib. Precationum vocat *Virginem MARIAM* à peccati contagione immunem, ab omniique levissimarum culparum contagione puram, insulam ac sinceram, in qua non modo culpa, sed ne suspicio quidem potuit subsistere. Vide Gregorium Gallicanum in Mariali, fol. 88.

Item, edidit pijs & religiosas Precationes ad sanctissimam & macule omnis expertem Virginem Dei parentem. Impr. Salvinguici 1539.

**MATTHÆUS** Sagaci, Canonicus Sancti Petronis Italus, recollegit Discursum de Conceptione à Ludovico Cardinali factum Bononiæ 1615. in 4. Titulus est: Raggiamenti spirituali fatti in diverse occagione, &c. à folio 67.

**MATTHÆUS** de Salzedo, Presbyter Hispanus, in libro: Mercede de la Reyna del Cielo y excellencias del nombre Sanctissimo de Maria, &c. fol. 1. in Salutatione ad Virginem, docet Quid sit plena gratia in sua Conceptione & Nativitate; &c. Vide alia ibi in ipso Auctore. Lib. impress. Matriti 1629. in 8. cum imagine Immaculatae Conceptionis.

**MATTHÆUS** Sanutus, Dux, Marchio, Comes ac Episcopus Concordiæ, in Constitutionibus ac Decretis Synodalibus præscripsit modum loquendi in popularibus concionibus de Immaculata Virginis *MARIÆ* Conceptione, &c. Vide verb. Concordiensis Ecclesia.

**MATTHÆUS** Schinder, Valesii Episcopus, una cum Aymone & Matthæo Episcopis a legatis Apostolicis in causa Bernensium circa Conceptionem Virginis *MARIÆ* sententiam protulit; ut videre est in libro de hac re edito, cap. ultimo. Impress. Bernæ 1509. in 4.

**MATTHÆUS** Tympus, Licentius Theologus Belga, in Theatro historico continente vindictas justas, & præmia Christianarum virtutum ex gravissimis Græcis, Latinis, sacris ac profanis Historicis per locos communes juxta Alphabeta seriem disposito, titulo de Pœnis in Beata *MARIAM* peccantibus, folio 206. & alibi sepe vocat Virginem *MARIAM Immaculatam, purissimam*, &c. Et in 5. Præmia eorum, qui Deiparam Virginem religiosè colunt, num. 20. folio 169. agit de miraculo in Concilio Tridentino facto Jacobo Laynio Societ. Jesu, quem cum quartana febris graviter angetet, & non posset loqui circa quæstionem illam gravissimam de originali peccato (cujus expertis fuit Virgo Sanctissima) quæ jam ceperat agitari: seq; sua tamen utcumque dicturum esse sententiam polliceretur & quam brevissimè propter morbi molestiam locuturum, in suggestum ascendit; sed præter spem & opinionem firmis lateribus egit, tresque integras horas in Virginis defensione consumpsit; quæ ab eorum originis vitia & labe præsertim fuisse, exquiritis testimonijs, rationibusque differuit. In ipso autem Orationis suæ sine robustiore se sensu, quam eum exorsus esset dicere, &c. Lib. impress. Monasterij Westphaliæ 1614. in 8. Item,



Item, in Cynofura de Sanctis *in die Conceptionis Virginis MARIE* Indicem seu Elenchum. Lib. impress. Coloniae Agrippinae 1614. in 8.

Item, in selectissimis precum Meditationibus, Psalmis, Hymnis, Canticis, aliisque pijs exercitijs interitis ad diem 8. Decembris adducit festum Conceptionis B. Virginis MARIE. Lib. impress. Coloniae 1614. in 16. regali.

MATTHÆUS Vazquez de Lezea, Canonicus Hispalensis, scripsit Litteras sub hoc titulo: *Relación de la institución en Roma de la Orden militar de la Inmaculada Concepción de la Virgen MARIA nuestra Señora por la santidad del Papa nuestro Señor Urbano VIII. & incipit: MARIA sanctissima Señora nuestra concebida sin pecado original.* Impress. Martini in folio.

Item, an. 1635. dotavit Kalendam decantandam in die Conceptionis Virginis MARIE, sicut fit Kalenda in die Nativitatis Christi. Ita Antonius de Quinana adveñas folio 317. Historiæ Hispalensis Ecclesiae.

MATTHÆUS Waleston, Epif. Bernensis, informationem fecit, ac ultimam sententiã protulit uni cum Achille Apostolicæ Sedis Legato contra quosdam Fratres fabricantes quædam diabolica miracula adversus mysterium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE in civitate Bernensi ad annum 1509. &c. De hoc extat in nostra Bibliotheca liber typis mandatus; remque succinctè referunt Laurentius Surius, Nicolaus Basilius in Additionibus ad Nauclerum, Velazquez folio 243. Hugo Caberus in Rosario, ac alij quàm plurimi. V. de verb. Haymo Lausanensis.

MATTHÆUS Westmonasteriensis, in libro dicto: Flores historiæ, præcipuè de rebus Britannicis, ab exordio mundi usque ad ann. 1307. pag. 124. ad Fredericum II. & Henricum III. num. 30. ad annum 1228. inquit: Hoc etiam anno venit in Angliam quidam Archiepiscopus Armeniæ majoris gratiã peregrinationis ad loca sancta Angliæ oraturus; litteras quoque D. Papæ de personæ suæ commendatione, & causâ sui itineris seculi detulit testimoniales. Qui cum apud Sanctum Albanum Anglorum Protomartyrem orandi gratiã pervenisset, inter cætera mirabilia, quæ per interperetrem retulit sciscitantibus, aiebat; quod vir qui Christum in carne vidit, eò quod Christus eum diceretur ad crucis patibulum dixerat ei: Sic te volo expectare donec iterum veniam; inde ereditur victurus donec Dominus veniat ad iudicium magnum. Et inter loquendum interrogatus de Conceptione Virginis, si Ecclesia Orientalis eam solemnizet nec ne, respondit; quod trium solemniter festivitates Conceptionum recolat Ecclesia Armeniæ ad minus, Conceptionem scilicet Christi, quæ singulariter prævilegiatur, eò quod ex Spiritu sancto sine macula concipientis consummata est. Item, Conceptionem Beatæ MARIE Virginis, & Conceptionem Beati Joannis Baptistæ, eò quod Angelica admonitio intervenit. In Ecclesia tamen Orientali duæ ultimæ festivitates non sic solemniter recoluntur, sicut prima, &c. Impress. Lugduni 1570. in folio.

MATTHÆUS Acquarius, Ordinis Prædicatorum, in Annotationibus super quatuor libros Sententiarum Joannis Capreoli, Venetijs 1589. in 3. dist. 3. fol. 3. inquit: Disputatur hic de carne Christi, num fuerit obligata peccato, vel

non? Et pro hujus rei intelligentia ponitur talis Conclusio: Mater Christi fuit concepta in peccato originali. Et adducta opinione Scoti, ponit secundam Conclusionem, quod utraque propositio est probabilis, & sine errore defendi potest & defenditur. Quartam verò Conclusionem ponit sic: Si quis dixerit peccare mortaliter aut esse Hæreticum illum, qui defendit opinionem S. Thomæ aut oppositam propositionem, ipso facto est excommunicatus excommunicatione Papal. &c. Quinta Conclusio: Qui devotè veneratur sanctificationem determinatè, aut Conceptionem ipsam, nullum errorem committit. Sexta Conclusio: Nullus scribere potest vulgari sermone de istarum positionum controversia. Septima conclusio: Tantummodò viris doctis licet publicis disputationibus utramlibet partem asserere, vel impug-nare. Octava Conclusio: Opinio S. Thomæ quod Beata Virgo fuerit mundata à peccato originali & sanctificata, est magis probabilis & consentanea sacrae Scripturæ & dictis Sanctorum Patrum & Fidei regulis Cathol. Nona Conclusio: Opinio quæ tenet Beatissimam Genetricem Dei Virginem MARIAM ab omni originali peccati contagio fuisse penitus præservatam, est magis pia & devotioni populi accommodata, & humanæ rationi magis conformis. Decima Conclusio: In Conceptione carnis Christi fomes fuit totaliter sublatus à B. Virgine, &c. Impress. ut supra.

MATHIAS Apostolus, ac Christi Domini nostri Discipulus, natione Hebræus, in Sermone habito in transitu Virginis MARIE sic pro ejus Conceptione Immaculata inquit: Alii autem Angeli, Sancti, Beati, & ipsi cooperati sunt, probati sunt, tentati sunt, potuerunt transgredi, non erant confirmati ut peccare nequirent; Virgo quoque quibus meritis præcedentibus, quibus operibus prævenientibus à peccato omni tunc præservata fuit, nullis unquam antequam esset (non solum ipsa, sed cælum & terra, & ipsa natura Angelica) jam electa erat. Iam si alij caderent in uno patre, provisum fuit remedium alios relevandi, ipsam verò omnino dono Dei & remedio Passionis Filij sui præservandi: & ordinatum fuit, ut dono Dei & divina acceptatione Passio prævisa plus sibi proficeret, quàm alijs exhibita, quibus meritis in peccato non fuit concepta, omni gratiã & omni scientiã & arte fuit impleta, nullum donum creaturæ conveniens fuit sibi denegatum, &c. Ita Amadæus raptu 8. Vide N. Bibliothecam Virgineam, tomo 1. fol. 718.

MATHIAS de la Bruire Gallus vel Belga, in libro dicto: Le Rosaire de la tres-heureuse Vierge MARIE, &c. in indice festorum adducit die 8. Decembris festum Conceptionis Virginis MARIE. Item, folio 128. in Corona Domine nostræ vocat illam speculum sine macula & defectu, &c. Et fol. 130. de Conceptionis Virginis MARIE modo, de Ioachimo & Anna, & quomodo per speciale privilegium fuit ab originali macula præservata & plena Spiritu sancto, &c. Item, in Explicatione Salutationis Angelicæ, fol. 311. dicit: Quod ab æterno fuit Immaculata & pura, &c. Et inferius ad illa verba: Gratiã plena: Quod fuit exempta ab omni macula & absq. nota & ruga alicujus imperfectionis tam peccati originalis, quàm alterius cogitationis, &c. latè. Impress. Bruxellis 1603. in 12. cum imagine adumbrante mysterium Conceptionis.

MATHIAS Casimirus Sarbievius, Societatis Jesu, in libro Lyricorum, fol. 165. inquit:

T t t 2

NOSTRA



*Nos tua infans prece servet infans  
Si tibi prime genitricis noxæ  
Crimen excemni placidoq; iustit  
Sidere nasci.*

Lib. impress. Antuerpiæ, anno 1634. in 24.

MATHIAS Fabius, scripsit *pro Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ*, ut refert Antonius de de León in Biblioth. manuic. classe 9.

MATHIAS Fabrus vel Faber, Societatis Jesu, antea Sacre Theologiæ Licentiatu, natione Germanus, in Tripartito Opere Sermonum edidit *de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ* Conciones tres. Impress. Ingolstadtii 1631. & Antuerpiæ 1646. & 1650. in folio.

MATHIAS Famagustanus Episcopus, & in Umbria Apostolicæ Sedis Legatus, in Bulla quæ incipit: Dum præexcellsa, inquit: Cum itaq; sicut accepimus, quædam Confraternitas seu Societas *Immaculata Conceptionis gloriose Virginis MARIÆ* in Capella ejusdem sita in Conventu seu Domo Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia prope & extra muros Perusini, &c. Datum 1517.

MATHIAS Farinatoris, in lib. cujus titulus est: Liber moralitatum elegantissimis magnarum rerum naturalium (Lumen animæ dictus) cum septem apparitoribus, necnon Sanctorum Doctorum orthodoxæ Fidei Professorum, Poëtarum etiam & Oratorum auctoritatibus, per modum pharetræ secundum ordinem Alphabeti, approbatus à Joanne Papa per Epistolam datam Remundo Episcopo Legum. Prologum concludit sic: Ideo (non gloriando dico) merui, ut Summus Pontifex Joannes hunc librum vellet Lumen animæ nuncupari. Et titul. 7. est totus de Beata Virgine MARIÆ, in quo inquit: Cælum continet terram, à casu præservans pariter & à ruina; sic nimirum per omnia ipsa B. Virgo continet totum mundum, à casu & ruina præservans mortis æternæ, &c. Et prosequens sub eadem metaphora cæli, concludit: *Nunquam enim MARIÆ sine gratia, nunquam sine amore, &c.* Et infra: Sed ei, qui MARIÆ laudibus tota devotione inhæret & insistit, ipsa fortis ut petra contra mala omnia apparebit. Item: MARIÆ itaque in mente hominis per piam meditationem reperta, concepta & generata, non resplendet splendore sui auxilii & gratiæ, nisi igne devotionis & amoris ignitur, & devotissimis atque instantissimis precibus poliatur. Impress. 1482. in folio.

MATHIAS Fafanus, Ordinis Prædicatorum Italus, Considerationes spirituales de mysterio purissimæ Conceptionis gloriose Virginis MARIÆ ex libro R. P. Philippi Diez Ordinis Minorum transtulit in linguam Italicam. Impress. Venetiis 1607. in 4.

MATHIAS Felicius Brouwershavius, Ordinis Minorum Belga, in libro: Catholica præceptorum elucidatio, &c. cap. 49. de Cultu gloriose Virginis, folio 169. Quomodo B. Virgo MARIÆ antiqui serpentis caput contrivit, inquit: Quomodo (quæso) corpus potest esse opacum vel aliquibus peccatorum aculeis sauciatur, quod lucem mundi & nefas sæculi lavantem proferre meruit? Quomodo anima aliquibus peccatorum nebulis potest esse offuscata, talibus fulgoribus undiq; circumfusa? &c. Agit etiam de præservatione & nobiliori ejus sanctificatione. Lib. impress. Antuerpiæ 1574. & Parisiis 1576. in 8.

Item, in lib. Institutiones Christianæ Catholicæ, dist. 24. cap. 27. folio 415. Quod B. Virgo MARIÆ expers fuit omni peccati actualis & originalis ex privilegio speciali. Et infra, dist. 30. cap. 19. fol. 468. Quod Beata Virgo MARIÆ ab omni labe peccati immunis fuerit, & adducit Decretum Concilii Tridentini. Lib. impress. Antuerpiæ 1575. in 8.

MATHIAS Goelman, Societatis Jesu Belga, in Theologiâ habitâ Lovanii die 24. Julii anno 1646. Thesi 13. de Habituali, Originali & Veniali, hæc defendit: *Ab illo omnique eius debito, non potestatum fundamento, sed etiam solido Dei Mater exoritur.* Impress. ibidem in 4. Et idem defendit die 26. Julii 1661.

Item, in Thesibus Theologicis habitis Lovanii 21. Julii, anno 1660. Thesi 11. de Peccato originali, hæc inquit: *Originale, quod omnibus Ad posteris via ordinariâ generatis (solum Peccatum excipimus) &c.* Impress. ibidem in 4.

MATHIAS Guerrerus, Poëta Hispanus scripsit Cantiones pro Conceptione Virginis MARIÆ, cum aliis Granatæ, folio 218. & 286.

MATHIAS Hauzeur, Ordinis Minorum & Provincialis Flandriæ, in libro: Anatomia totius augustissimæ doctrinæ B. Augustini Quomodo intelligenda sit auctoritas Augustini in libro 1. de Peccatorum meritis & remissione circa Immaculatam Virginis Conceptionem lib. 3. cap. 29. col. 445. Item, ad lib. 2. Beati Augustini de Libero arbitrio cap. 5. Quod nihil melius fieri potuit ipsa Incarnatione, nihil melius homine Deo, eiusque Matre, & fortè nihil melius ejus Immaculata Conceptione, ibidem col. 59. Et libro 2. de Peccatorum meritis & remissione, cap. 20. 24. & 35. Quomodo secundum Augustinum Virgo MARIÆ excipitur à communi lege peccati originalis, &c. latè ibidem, col. 450. Item, Quod ex auctoritate Augustini, lib. 10. de Genesi ad litteram, cap. 17. non colligatur Virginem conceptam fuisse in peccato originali, sed tantum ex carne seu propagatione peccati, id est, ex parentibus illo peccato quondam infectis, & ex concupiscentia penali ipsius peccati, col. 413. Item, ad librum de Natura & Gratia, cap. 36. Quomodo intelligenda auctoritas Augustini: Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit, &c. ut saveat Conceptioni Immaculatae, & quomodo MARIÆ in instanti Conceptionis vicem peccatum originale, col. 484. & 485. Item, ex quest. 2. de Præscientia Dei ad Dardanum, sive de Gratia Christi & peccato originali: Quod Virgo MARIÆ nunquam involvitur, sed semper excipitur ab lege communium peccatorum, col. 604. Item, ad librum 2. de Nuptiis & Concupiscentiâ, cap. 12. Quod Virgo MARIÆ fuit orta per concupiscentiam alienam, non tamen peccato & concupiscentiæ obnoxia, in favorem Immaculatae Conceptionis. Item, ad lib. 1. contra Julianum cap. 15. Quod per auctoritatem Augustini sequatur consequentia necessariâ à peccato originali ad actualia, & ab actuali ad originale, ex qua sequitur præservatio Beate Virginis ab originali, &c. col. 732. in principio. Item, ad lib. 6. contra Julianum cap. 14. inquit: Sed cum infans in utero habeatur pro baptizato in sanguine, & morte matris suæ pro Christo, quid mirum si hæc Mater Christi participaverit innocentiam à peccato originali ex futura Conceptione ac generatione Christi in suo utero? Si proles ex generatione passiva à parentibus contrahunt originale; quid mirum



rum si Mater Christi futura ex generatione futura corporis Christi participet hanc innocentiam corporis Christi? Imo si ex tantillo semine parentum proles inficiuntur peccato originali quid mirum si ex materia presentis futuri corporis Christi preservata fuerit Beata Virgo, etiam in primo instanti Conceptionis à peccato originali? col. 734. Item, ad librum de Unitate Ecclesie, cap. 21. Unde colligitur ex mente Augustini, quanto potius Beata Virgo poterit excipi à communi necessitate peccati actualis; & consequenter, aut potius antecedenter, à necessitate ipsius peccati originalis, col. 859. Item, in indice scholastico, col. 87. verb. Conceptionis, difficult. 11. multa adducit pro hoc mysterio. Impr. Augustæ Eburonum 1645. in fol.

Item, in Collatione totius Theologie inter majores nostros ad mentem S. Augustini, tomo 1. quest. 15. de Sanctitate Deiparæ Virginis MARIÆ, sub hoc titulo: An semper fuerit sancta & Immaculata seu concepta in statu gratiæ absque ulla macula peccati originalis, eiusque non sola Virginitas sed & Continentia passiva, & persona, ut concepta vere & pie talis et immemoriali illi per totam Ecclesiam sub titulo proprii Immaculata, &c. agit à col. 427. usque 464. Lib. impress. Augustæ Eburonum 1652. in folio.

Item, edidit Tractatum latissimum dictum: Veritas pro Immaculata Virginis Conceptione, quem ipse sæpe citat in prædicta Collatione Theologie, præcipue folio 460. Hunc diu questum invenire non potui, (& ut apparet) est interpretatio Epistolæ S. Bernardi ad Lugdunenses Canonicos.

Item, idem cum P. Ambrosio Peuplus & P. Bonaventura Persan, edidit rescriptum pro tuendo titulo Immaculata Conceptionis. Incipit: Cum Patres Dominicani in sua desuper apud Sanctam Sedem, &c. Extat in folio in Archivo Gandensi.

MATHIAS à S. Joanne Gallus, Ord. Car. Provinciæ Turoniæ & Observantiæ Rhedonensis Episcopalis, tom. 1. Historiæ Panegyricæ Ordinis Carmelitarum, part. 1. tradit primum doctrinam de prædestinatione Christi & MARIÆ Matris suæ ante omnem creaturam, ex qua cap. 14. concludit ipsam B. Dei Genitricem nequidem contraxisse debitum incurrendi peccatum originale. Et tom. 2. cap. 7. & 8. pluribus ostendit primavum erga Conceptionem Immaculatam Dei Genitricis cultum inceptum in monte Carmelo temporibus S. Eliæ Prophetæ Ordinis Carm. Patriarchæ, & deinceps continuo perseverasse in universo Ordine. Item, Catalogum Auctorum eiusdem Ordinis qui in suis scriptis in lucem emissis idem Beatæ Dei Genitricis MARIÆ privilegium singulare demonstrant, asseritque viros Carmelitas, quotquot hæcenus de rebus Theologicis scripserunt, duobus Auctoribus antiquioribus exceptis, Partheniæ tesseram, hoc tradidisse. Item, adducit quædam exercitia litterarum, quosdam ritus & solemnitates diversis in Conventibus Ordinis Carmelitarum institutas ad promovendam Catholicorum fidem & devotionem erga Immaculatam Beatæ Virginis Deiparæ Conceptionem, &c. Sunt parata ad prælum.

MATHIAS N. Ordinis Prædicatorum Magister in sacra Theologia, ac B. Birgitæ Confessoris scriptæ Revelationes in quibus Sancta Birgitta præter Virginem MARIAM fuisse absque originali peccato conceptam præcipue illas quæ extant, lib. 6. ut

aitantur ab Episcopo Acernensi Antonio Chucaro in suo libro de Concept. fol. 62. & infra, fol. 63. col. 4. Pistoia, fol. 162.

MATHIAS Navæus, Doctor Duacensis & Canonicus Tornacensis, in libro: Sponsus Virginis decoratus coronâ triginta & unius gemmarum splendoribus coruscante, seu Encomium S. Joseph, &c. fol. 235. agit de Joseph & MARIÆ Genealogia & cognatione. Vide etiam Tract. cuius titulus est: Adam & Eva in Joseph & MARIA reformati à fol. 349. Lib. impr. Duaci 1630. in 4.

Item, in libro: In festa Sanctorum prælibatio Theologica, folio 149. in festum Conceptionis B. Virginis, ubi latè de eius præservatione à peccato originali. Impressi. Tornaci 1635. in 8.

Item, in Libello Gallico de Septem doloribus Virginis, fol. 115. in Litanis, ait: *Virge inimicè triumphante du serpent.* Impr. Duaci 1627. in 12.

MATHIAS Olivier, Ordinis S. Benedicti Gallus Tolosanus, in libro: Histoire de l'Abbaye & des miracles de Nôtre Dame de Monferat, augmentée, &c. in Hexametris ad Virginem MARIAM sacri Montis Serrati, inquit:

*Non etenim primam, nec habes tu sola secundam,  
Nec labem quæ se primi infecere parentes,  
Mortalesque omnes verè hanc & tunc merentes, &c.*

Lib. impress. Lugduni 1617. in 4.

MATHIAS Sarburgh, Ordinis Minorum Germanus, fecit Anagrammata plura pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione super Hymn. Te Deum laudamus, & alias Antiphonas Ecclesie, quæ jam sunt parata ad prælum, & quorum fragmentum habemus apud nos.

MATURINUS seu Mauritius Clemens, Ordinis Carmelitarum Gallus, qui clarebat ad annum 1500. edidit Librum unum pro Conceptione Virginis MARIÆ. Ita Hippolytus Marraecius in Catalogo Marian. & in Biblioth. fol. 112. Pistoia, fol. 155. & Ludovicus Jacob à S. Carolo Carmelita in sua Biblioth. Carmelitana, & in Notitijs nobis communicatis, Possévinus & Casanate.

MATURINUS Leuret, Ordinis Minorum Gallus, in libro dicto: Parvus Scotus Lavalensis, sive Lectura in quatuor libros Sententiarum Scoti, lib. 2. dist. 30. quæst. 1. folio 100. *Quod Virgo MARIA ex privilegio fuit preservata à peccato originali.* Item, in 3. quæst. 1. fol. 12. agit de MARIÆ præservatione à peccato originali per totam quæst. Lib. impress. Compluti, anno à Nativitate D. N. 1527. in 4.

MATURINUS Savarus, Clericus ex pago de Noutreulle, pro Cameracensi Ecclesia in die Conceptionis habet particularem Sequentiam, quæ incipit: Mittit ad Virginem, &c. Extat manusc. ibidem in 4. folio 19. Fuit manusc. anno 1622.

MAURITIUS Centinus, Ordinis Minorum Patricius Asculanus & Episcopus Militen. & Mafren. Italus, de Virgine sine labe concepta Epigramma in suo libro Epigrammatum, fol. 3. Impress. Messanæ 1635. in 4.

Item, de Immaculata Conceptione MARIÆ Sermonem unum in 2. Dominica Adventus, sub his thematicis: Cum audisset Joannes in vinculis, &c. Conceptionis tuae Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit, &c. à fol. 55. usque 58. Lib. impress. Messanæ 1633. in 4.

Item, *Quod Virgo MARIA non contraxit peccatum originale,*



originale, sed ex gratuita Dei voluntate fuit ab culpa immunis in primo Conceptionis instanti, in lib. de Incarnatione Dominica, cap. 5. num. 170. Impress. Messanæ 1637. in fol.

Item, decreto 4. Synodi Lubrensis Ecclesie, fol. 5. de festivitibus ex præcepto prædictæ Synodi observandis, inquit: Hominum interim paupertati consulentes festum Beatissimæ Virginis, quod die 16. Augusti celebratur, in diem Conceptionis Beatæ Virginis die 8. Decembris, festumque ejusdem quod in die 17. ejusdem mensis Augusti ex antiqua consuetudine colitur, in Dominicam infra octavam referimus. Lib. impress. Neapoli 1627. in 4.

**M A U R I T I U S** de Hibernia vel Hibernus, Ordinis Minorum & Archiepiscopus Tumamensis (antea Mauritius de Portu dictus) doctissimis marginibus, concordantijs & notulis illustravit correxit, atque decoravit quæstiones de Conceptione ac Sanctificatione Beatæ Virginis **MARIÆ** editas à R. P. Fr. Francisco de Mayronis, in quibus sententiam de præservatione Virginis à peccato originali optimè adstruit, ut videre est in lib. impress. Venetijs 1587. in fol.

Item, scripsit in 3. Sent. dist. 3. quæstionem pro Immaculata Virginis Conceptione, ut refert Daniel Agricola in Corona Doctorum verb. Sophista.

**M A U R I T I U S** Morus Venetus, Canonicus de Alega, in libro de Assumptione Virginis **MARIÆ** in Carminibus fol. 14. & 41. inquit:

*Quasi candido giglio infra le spine, &c.*

*Hai mirabil beltà, mirabil madre*

*Ne macchia trovò in te casta Regina, &c.*

Et in Panegyrico ad gloriosam Reginam cæli Virginem **MARIAM**, fol. 132. inquit: Veggio in te la Conceptione Immacolata che avanza quella di Eva nello stato de la innocenza, è de la gratia, &c. Lib. impress. Venetijs 1622. in 12.

Item, in alia Cantione ad Virginem **MARIAM**, sic inquit:

*Del sonno Bengia nel' idea divina,*

*Concetta senza neo è pria che nata*

*Senza colpa creata, &c.*

Ex libro impress. Venetijs 1613. in 12. cum alijs diversis Poëtis fol. 56. Vide etiam fol. 81. de Nativitate Virginis.

**M A U R I T I U S** de Vargas, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Sermone de Angelico Doctore S. Thoma in Sabbato plura adducit de Immaculata Virginis Conceptione ut videre est in Serm. impress. Mexici, anno 1655. in 4.

**M A U R I T I U S** à Villaprobata, Ordinis Prædicatorum Italus, perdevotus ac undequaque litteratus Pater, scripsit ad annum 1500. Librum impress. Parisijs ad annum 1512. de laudibus **V. MARIÆ** sub titulo: Nova corona **MARIÆ**, depinxitque circa imaginem Deiparæ octo Religiosos cum Epigraphæ.

*Prædicatorum tibi, Virgo sancta;*

*Sanctior cunctis, maculata nunquam,*

*Ordo præsentem vtilam coronam,*

*Cernuus offert;*

*Pauper applaudit series Minorum,*

*Atque Carmeli veneranda Patrum;*

*Avellique te sequitur, celebrat*

*Immaculatam.*

*Hoc tui clamant, Benedicite, filij,*

*Hoc tui, Bruno, reliquique sancti:*

*Plebs Dei Matrem veneratur omnis*

*Immaculatam.*

In hoc igitur libro pro Immaculata Conceptione habet sequentia, sermone 3. in principio: **MARIA** innocencia & puritas electionis signatur ab Angelo per Ave, cujus fundamentum ponit Beatus Thomas in 3. parte Sum. quæst. 27. art. 4. dicens: Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & disponit, ut ad illud ad quod eliguntur inventiantur idonei; & in Lege 2. cap. de Criminosâ, dicitur quod crimen est sacrilegij dubitare, an is dignus sit, quem Imperator elegerit; sed gloriosa Virgo **MARIA** fuit electa divinitus ab æterno ut esset Mater Dei, Prover. 8. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Quæ omnia tribuit Ecclesia Beatæ Virginis, de qua potest dici illud Genesis 24. Hæc est mulier quam præparavit Dominus filio Domini mei, id est Christo; & Luca 1. dicit Angelus: Invenisti gratiam apud Deum, Unde ait ipsa illud Psalm. 30. gratias agens, scilicet: Salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici. Unde Ambrosius in sermone dicit: Nisi fallimur, jam terra illa benedicebatur, in cujus medio Dominus saluarem operaretur, & ex qua veritas oriretur. Superat itaq; benedictione præparabatur terra in hominè procreata ex qua, nascitura esset gloriosa Virgo, quæ cælesti benedictione singulari replenda erat privilegio enim Noë à Domino benedicta: & in filios paterna benedictio dirigitur Sem & Japhet. Et sub quadam imagine jam benedicebatur Virgo ante sæcula ad generandum Dei Filium. Tibi profecto benedicenda erat caro humana in tuis progenitoribus, quæ ex castis visceribus Filium eras paritura peccatoribus, qui est super omnia benedictus. Abraham fides audire meruit, quod in semine ejus benedicentur omnes gentes. Divina itaque dignationis prærogativa præparabatur quædam stirps Judaica, ex qua cælestis luminis porta nasceretur Virgo **MARIA**, quam æterna Dei dispositione unigeniti Filij Dei Matrem futuram certissimè semus prædestinatam, Hæc ille. Et idem Hieronymus ad Eustochemum inquit: Nulli dubitum est de Matre Domini, quin talis deberet esse, quod non posset argui de peccato: Dei perfecta sunt opera Deut. 32. Unde Anselmus: Decuit ut illius hominis cœceptio de matre fieret purissima, & tanta puritate, quæ sub Deo major nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unigenitum suum, quem de corde suo sibi æqualem generaverat, ita dare disposuit, ut esset naturaliter unus, idemque Dei Patris & Virginis Filius, & quam sibi Filius substantialiter Matrem facere eligebat, & de qua Spiritus Sanctus operaturus erat ut ex ea conciperetur & nasceretur ille, de quo ipse procedebat. Ideo Cyrillus Alexandrinus contra Nestorium ait: Propter Filium temerarium est in **MARIA** ponere maculam aliquam vel peccatum. Etiam Bernardus in sermone de Cena Domini, Matrem immaculati Agni peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis, excipit de qua nullam, ut ait, vult habere quæstionem. Nobilitas Parentum transit in filios lib. 1. cap. de Dignis, & per multa alia jura etiam disputare de potentia Principis, crimen est sacrilegij, &c. Item, ex sermone 5. Præclarissimum exemplum fuit in Magistro Alexand. de Hales qui cū sapienter in festo sancti



illius Virginis predicare, tantis infirmitatibus agitabatur, ut quasi mortuus videretur & sic pluribus annis illi accidit: tandem à suis monitus discipulis, ad se ipsum in eadem infirmitate reversus de nocte ut potuit Reginae caeli voyendo promissis, si optatam illi dignaretur asserre salutem, quod pro virgali suo opus pulcherrimum faceret. *ad honorem & gloriam suae Conceptionis*. Emisso igitur voto ad prostratam protinus redijt sanitatem. Tanti memor bene fieri, peregit quod promiserat. Liber ejus est Tolosae concatenatus in Choro Cathedralis Ecclesiae, quae quidem Ecclesia est ad honorem gloriosae V. MARIÆ, & tituli Stephani constructa. Item, ex sermone 6. super illud: Ave MARIA gratia plena, inquit: In qua quidem Salutatione datur intelligi, quod B. Virgo habuit omnes gratias spirituales & corporales. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non in te: non enim fuit ve in corpore nec in mente vel memoria vel affectu, *non inquam macula originalis*, non macula venialis nec actualis aut mortalis. Et ad commendandum eam de hoc, dicit Angelus: Ave, *id est, sine ve ab omni culpa vel macula*, & consequenter tota formata, &c. Et infra: Sit nomen ejus benedictum in secula. *Tota pulchra es MARIA & macula non est in te, non inquam macula originalis non actualis*, &c. Et infra, loquendo de stella quae duxit Magos, inquit: Intus dicitur stella Regia, quia sicut illa stella orta est in Oriente (ut dicit Chrysostomus) in V. MARIA Beata orta est in Oriente *institi originalis & consecrate*. Et infra: Sextus lapis huius ordinis est Amethystus, qui si tangit vestem igni apponendam, ignis non appropinquat, & in igne positus non comburitur, & omnibus magorum maleficiis obviat & resistit: quae proprietates *in Virgine Immaculata preservantur à peccato significat*, nam vestis amethystina dicitur corpus sed virtute divina omnia ita fuerunt facta, *ut dicitur Dei templum & tabernaculum: itaque peccatum originali combusta non fuit*, sed solemniter plena gratia, caelestia, terrestria novè replet lætitiâ, &c. Item, sermone 10. Ideo salutem eam per Ave, quia fuit sine ve superbia, & *cujuscumque alterius malis, quia fuit preservata ab omni malo*. Psalm. 88. Deus meus susceptor meus, misericordia ejus præveniet me. Melius est enim aliquem à vulnere præservare, quàm post vulnus remedium adhibere. Lege si C. in quibus causis in jure Restit. non esse necesse. Unde Anselmus in libro: Cur Deus homo? ait: Indiguit Beata Virgo redemptione & Christi passione, non ex peccato quod inveniit, sed propter peccatum quod inveniit, nisi ex speciali privilegio eam preservasset. Nam Princeps non est legibus subiectus, & Imperator eadem privilegia tribuit Augusta sive Imperatrici quae ipse habet. Lege Princeps ff. de Legibus, &c.

Item, sermone 11. Gloriosus verò Augustinus in quodam sermone de Nativitate Domini nostri Jesu Christi ait: Quoniam pretium redemptionis nostrae immaculatum esse debuerat, propterea Mater Christi electa est & super omnes creaturas præelecta, omnibus gratijs fecunda, omnibus virtutibus ornata, omni sanctitate in utero matris repleta, ut de mundissima Matrè mundissimus nasceretur Filius: quia sicut in caelo habet Patrem immortalem & æternum, sic in terra habuit Matrem omni corruptione carentem. Igitur sicut in caelo qualis est Pater, talis est Filius: sic & in terra qualis est Mater, talis secundum carnem

est Filius. In caelo cum Patre æternus & immensus, incorruptibilis & sublimis; & in terra cū Matre Immaculatus & mansuetus. Item, ibidem Augustinus in quodam sermone: O Mater Domini sicut in prima femina abundavit delictum, ita in te superabundavit omnis plenitudo gratiarum: ideo super omnes es ignara delicti. Et in Epistola ad Bolusianum ait: Tota ratio facti ex potentia facientis; melius est argui de nimia misericordia, quàm de rigore, & ille qui non repellit à socio injuriam: eum potest, tam est in vitio, quàm is qui facit. L. Quid ergo §. 1. de His qui non infamantur. Unde B. Thomas in 1. Sententiarum, etiam in expositione Angelicæ Salutationis, inquit: *Ipsa enim purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit*. Item, in 1. Sententiarum, sic ait: Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest in rebus creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis sine ulla contagione peccati; & talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali & actuali fuit immunis. Hæc B. Thomas Doctor clarissimus. Unde Hugo de S. Victore in quodam sermone: O Virgo MARIA! antiqua illa mulier Eva nominis tantum, non læpræ te reliquit heredem, quæ nec maculam, nec rugam habuisti, quæ unguento egerent, sed unguenta gratiæ habuisti & accepisti.

Item, serm. 13. Rosa spinam non habet, & tamen de spinis nascitur. Item: Et quasi myrrha electa dedit suavitatem odoris, quæ aufert & purgat omnem putredinem & fugat omnem dæmonum malitiam: *cujus autem Conceptio & Nativitas fuit plena gaudio*, nec flevisse, sed iucundo & hilari vultu de matris utero prodisse, nam in mente sua dicere poterat illud, Isaïæ 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsam ornatam monilibus suis. Et si in ortu habuit nuditatem corporalem, nõ tamen subiacuit nuditati spirituali, &c.

Item, serm. 14. Beatus autem Basilus in Annuntiatione, ait: Quid dulcius, Fratres charissimi, quid jucundius, quid salubrius, quàm de Beata Virgine loqui, de Virgine cogitare, de Virgine prædicare & ipsam in omnibus sequi & imitari? Hæc est redemptio nostra, salus, vita, spes, consilium, refugium & auxilium nostrum: *Hæc est, quæ fuit in utero matris absque originali peccato concepta & generata, ab omni mortali vitio segregata, omni etiam peccato veniali privata, & in omnibus actibus & moribus suis Spiritus sancti gratiâ plena & fecunda*. Non ergo deficias o peccator, sed in cunctis MARIAM sequere, &c. Et infra: Hilarius in quodam sermone: O Virgo benedicta super omnes fœminas, quæ omnes Angelos vincis puritate, & omnes Sanctos superas pietate. Beatus Cyprianus in quodam sermone dicit: O Virgo iusta & omni iustitiâ plenissima, *cujus Conceptio singularis*. Et B. Anselmus in sermone Conceptionis: Hodie concepta est stella caeli, hodie concepta est palma virtutum, hodie concepta est janua caelorum, &c.

Item serm. 21. Post alia de Conceptione incontaminata Beatæ Virginis MARIÆ, inquit: Et Hugo Cardinalis in Virgine ponit duodecim. Primum, *ab originali preservatio & sanctificatio*. Secundum



dum Angeli Salutatio; tertium gratiæ plenitudo, quartum Filij Conceptio, &c.

Item, sermone 30. Et sic credo in Deum Patrem, quia potuit ex bonis arboribus Joachim & Anna iustus producere **MARIAM** sanctissimam Immaculatam Virginem Matrem unigeniti Filij Dei, & qui ordinavit loca & palatia ornatissima verum & pulcherrima pro sanctis & suis creaturis; etiam pro Filio providentiâ singularissimâ *prævidit & prælegit ab omni noxa, etiamque originali præservavit civitatem ornatissimam & hortum omni amoenitate decorum & florentissimum.* Mirum itaque est, quod nonnulli haud quidem adiungunt dictis Salomonis Spiritus S. totiusque Trinitatis facta referentibus & cum omni honore non in malum interpretari, sed in bonum per L. in Ambiguis, ff. de reb. dubijs. Nec equidem hoc est dignitati Christi contradicere; ex palmitibus enim venit vinea optima. Plurima hinc dicenda forent. Invidia non cadit in Deum; sicut cœperat, ita fecit: Deus omnia quæcumque voluit, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis, secundum illud Lucæ 1. Non est impossibile apud Deum omne verbum. Nam Doctor Sanctus Thomas de Aquino in 1. Sententiarum dist. 17. quaest. 2. art. 4. in solut. 4. argum. & etiam in expositione Angelicæ Salutationis, inquit: Ipsa enim purissima fuit quantum ad omnem culpam, *quia sine originali nata est, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit unquam, addendum, neque originale: quippe quæ sine originali ( ut mature ac piissime ab eius tempore sanxit Ecclesia ) proculdubio concepta est.* Quod & sanxisse videtur in 1. Sent. dist. 4. art. 3. in solutione ad 3. ubi dicitur: Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquod creatum inveniri, quod nihil purius esse potest in rebus creatis; si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali & actuali fuit immunis, de qua sola dicitur illud Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; & Sapient. 7. dicitur: Candor es lucis æternæ & speculum sine macula, &c. Et post alia concludit: *Ergo pro honore Materis illam profecto præservavit, præsanctificavit, præelegit, & præhonoravit, &c.* Et infra: Omnes etiam infideles gloriosam Dominam venerantur. Unde dicitur in Alcorano Mahometi: Nullus ex Adam, quin tenuerit eum sathanas, præter **MARIAM** & Filium eius. Etiam Judæi dicunt: *Quod Mater Messie debet concipi sine peccato originali;* ideo ait David: Homo natus est in ea, &c.

Item, sermone 32. sanctissima Virgo **MARIA** vocatur Mater gratiæ: ergo nulla gratia sibi defuit, sed ex omni parte peccatum contrivit. Job 3. dicitur: Expectet lucem & non videat nec ortum surgentis Auroræ. Quæ verba exponit Beatus Thomas in 3. part. quaest. 23. de culpa originali; & etiam Archiepiscopus Florentinus in 2. p. Summæ tit. 8. cap. 2. qui Doctores per lucem etiam intelligunt Christum, qui dicit Joann. 8. Ego sum lux mundi & per Auroram intelligunt Beatam Virginem, quæ Auroræ comparatur. Dicit ergo Propheta in verbis prædictis: expectet, scilicet culpa originalis peccati lumen, id est Christum, & non videat, scilicet ipsum contaminatum; nec ortum surgentis Auroræ, id est Virginis gloriosa Conceptionem, de qua dici potest illud Psalm. In via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit; *quia ori-*

*ginale, quædam generalis pestilentia, quæ corruptione Beata Virgo contaminata non fuit, &c.*

**MAURITIUS** Varetus Engolismensis, Ordinis Minorum Gallus, de Immaculata sanctissime Deiparæ Conceptione Homiliam unam, quæ est in ordine 30. à folio 371 usque 410. in libro dicto: Sacræ Æneades Adventuales. Lugduni 1591. in 8. & 1595. In impress. Parisiensi 1587. extat à fol. 579. usque 639. in 8. & incipit: Genealogiam Salvatoris. **MAURUS** Antonius Beranducius Vigiliensis, in Summa dicta: Corona Confessorum, part. 3. de Excommunicatione, folio 22. contra eos, qui asserere audent, aut hæc sim, aut peccatum mortale eos incurere, *qui Eccliam Virginem ab originali peccato fuisse præservatam dicunt, & contra, &c.* Lib. impress. Venetijs 1599. in 4. & Neapoli anno 1585. in 8. folio 235.

**MAURUS** Antonius de Leone, Italus à Poëta, in Corona Virginis **MARIÆ** Cant. 1. de Conceptione Virginis Dei Matris **MARIÆ**, à folio 1. usque 38. Lib. impress. 1637. in 4. cum imagine Immaculate Conceptionis.

**MAXIMILIANUS** Baviaræ Serenissimus Dux, & S. R. I. Princeps elector, scriptis Epistolam ad SS. D. Urbanum VIII. die 10. Januarij 1624. pro ultima decisione mysterij Immaculate Conceptionis **V. MARIÆ**, datam Monasterij die & an. ut supra. Vide Hippol. in Principibus Marianis.

Item, in Oratione à se recitari solita dicitur: Ave sanctissima & gloriosissima Virgo & Mater **DEI MARIÆ**, *quæ simul purissima Virgo & Mater æterni Verbi, tuo casto, virgineoque utero altissimam gloriam vestivisti, & amissam per noscos parentes gratiam recuperasti, &c.* Ex Lirzo in Tristagio Mariano lib. 2. modulo 28. Marrac. ubi supra & in Catalogo Marianæ ad ann. 1624.

**MAXIMILIANUS** à Bergis, Episcopus & Dux Cameracensis, in Manuali Officiorum curatorum insignis Ecclesiæ Cameracensis agit de Conceptione Beatæ **MARIÆ V.** Impress. Cameraci 1624. in 4.

**MAXIMILIANUS** le Dent, Societatis Jesu Belga, in Thesibus Theologicis habitis Lovanii die 27. Julij, an. 1659. Thesi 10. hæc defendit: *Sacratissimam Dei Genitricem **MARIAM** ab originali labe immunem fuisse statuimus, quam non solum à communibus omnibus labe excipit D. Thomas. Ibidem in 4.*

Item, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus, Gratiis, quibus præfuit die 29. Novembris Conclusione 7. de Originali peccati transfusu, inquit: Sic Adæ prævaricatio universæ ejus propagini nocuit, *ut tamen purissima Virgo **MARIÆ** nihil fordis asperserit, quæ ab originali immunis, & primo instanti Conceptionis sanctificata fuit.* B. Virginem in Nativitate sanctam fuisse infert D. Thomas ex eo, quod Ecclesia celebret ejus Nativitatem. Numquid simili modo concluderet ex festo Conceptionis? *Verisimile etiam credimus, ab omni debito peccati originalis contrahendi liberam exitisse. Fuere habitæ & impress. Lovanij, anno 1662. in 4.*

**MAXIMILIANUS** Henricus, utriusque Baviaræ Dux, requisitus ut sese inscribere vellet venerabili Archiconfraternitati Immaculate Conceptionis de Urbe, eidem Confraternitati sese inscripsit his verbis: Ad majorem Dei, ac Deiparæ Virginis gloriam piè credo & confiteor cum Beatæ Andrea Apostolo in vita ipsius apud Prebyteros Achaïæ, quod quomodo de immaculata terra factus fuit homo primus, congruum fuerit



fuerit, ut de Immaculata terra natus Christus vitam eternam, quam omnes perdididerant, repararet; & cum pluribus SS. Patribus, ac in specie cum Sancto Ambrosio in Psalm. 118. serm. 22. Quod MARIA Virgo per gratiam ab omni labe peccati integra fuerit; & cum D. Cypriano, tom. 3. serm. de Nativitate Christi: Quod MARIE communicabatur natura, non culpa. O igitur (ut cum Beato Ephrem Oratione ad Sanctissimam Dei Genitricem orem) Immaculata & intemerata, incorrupta & prorsus pudica, atque ab omni sorde & labe peccati alienissima Virgo, Dei Sponsa, ac Domina nostra! suscipe me indignum clientulum in sanctissimam tutelam tuam, in qua & vivere & mori desidero. In quem finem venerabili, ad Immaculatæ Conceptionis tuæ honorem Romæ erectæ Archiconfraternitati. ... cupiens, hæc propria mea manus subscribere volui. Maximilianus Bavarix Dux utriusque, Coadjutor Colonienfis, an. 1645. 6. Idus Septemb. Ita Marraccius in Principibus Marian.

MAXIMILIANUS Lenglez, Ordinis Minorum Belga, in libro dicto Gallicè: L'escole de la Vierge MARIE. à fol. 71. Lect. 9. Immaculata in Conceptione, agit latè de ejus præsertatione à peccato originali. Impress. Montibus 1636. in 8. & Naturæ 1652. & fol. 109. & deinceps agit etiam de eadem Conceptione & singulari gratia à Virgine tunc recepta.

MAXIMILIANUS Sandæus, Societatis Jesu, Doctor Moguntinus Belga, in Theologia Varia ad primam p. Summæ D. Thomæ, lib. 3. Comment. 9. exercit. 2. Quo tempore Beata Virgo Maria Theologiam infusam acceperit? folio 326. inquit: Verum simile est & pietati erga Virginem concomitante, Deiparam in alvo maternâ principio suæ Conceptionis Theologiâ divinitus infusâ ornatam fuisse, &c. Quod probat latè ex S. Bernardino & aliis Doctoribus, atque eidem Virgini non solum simul cum gratia sufficente in momento Conceptionis seu prima sanctificatione concessas fuisse virtutes morales subaptæ naturæ infusas, verum etiam morales subaptæ naturæ acquisitas, &c. Item, eodem lib. 3. Commentatione 31. de Theologia intuitiva MARIE Virginis Deiparæ, excit. 2. Constatina ne, an certis designatisque temporibus opportunis momentis Theologia intuitiva fuerit in Beatissima Virgine MARIA? disquisit. 1. An Beata Virgo toto vitæ tempore habuerit Theologiam intuitivam? resolut. 2. fol. 662. ait: Certè si dicas Deiparam ab initio sui ortus (ad marginem habet ab initio Conceptionis) statim vidisse Deum, allerat etiam oportet non meruisse sibi beatitudinem, aut aliquos ejus gradus, &c. Lib. impress. Moguntia 1624. in 4.

Item, de Conceptione Virginis MARIE Orationem unam, in libro: Sol mysticus, à fol. 1. usque 92. Impress. Colonia 1636. in 12.

Item, in libro: Luna Mytica, de Conceptione Virginis MARIE Orationem alteram à fol. 1. usque 78. Et de eadem Immaculata Conceptione Virginis MARIE habet quamplura sparsim in eodem libro, verbi gratia fol. 118. & 196. Item, in eodem libro de Immaculata Virginis Conceptione notam unam latissimam. Impr. Colonia 1634. in 12.

Item, in libro: MARIA flos mysticus, Oratione de Assumptione: Quod Deipara in alvo maternâ & prima Conceptionis exordio fuit illustrata, face & iustitia ra-

dis, &c. folio 258. Item, Quod in illâ sanctificatione primâ fuit omnibus donata virtutibus, ibidem. Item, in Oratione de Annuntiatione: Quod in sua Conceptione fuit librum inter spinas, fol. 109. Moguntia 1629. in 12. In hoc lib. habet imaginem Immaculatæ Conceptionis.

Item, in Aveario Mariano, de Conceptione Virginis MARIE Orationem unam quæ est in ordine 5. fol. 293. Impress. 1628. in 12.

Item, in libro: MARIA Gemma mystica, de Conceptione Virginis MARIE Orationem unam, à folio 4. usque 129. Impress. Moguntia 1631. in 12.

Item, in libro: MARIA Mundus mysticus, folio 97. serm. 2. Quod Beata Virgo MARIA in sua Conceptione fuit abyssus; quod latè probat per quindecim 55. à prædicto folio 97. usque 166. Lib. impress. Colonia Agrippina 1639. in 12. regali.

Item, in libro: MARIA Fortuna Christianorum, de Immaculata Virginis Conceptione memb. 9. fol. 133. Impress. Colonia 1644. in 12.

Item, in libro: MARIA Patrona, de gaudio & dictis in festo Conceptionis, &c. à fol. 3. Lib. impress. Moguntia 1630. in 12.

MAXIMILIANUS Thiculaine, Religiosus Vedastinus Belga, edi curavit Manipulum exemplorum Joannis Faj Abbatis Sancti Bavonis, in quo, verb. MARIA tom. 2. aliqua habet de sanctificatione MARIE in utero matris suæ à peccato originali. Tametsi utatur verbo sanctificationis, nostram tuctur sententiam. Lib. impr. Duaci 1618. in 4. Vide Joan. Faium.

MAXIMUS Constantinopol. Episc. hæc dicit: Et saepe contingit, quod aurum fulgens reperitur in luto, & ex pungente spinâ pulchrè rubens oriatur rosa. Hæc enim operante providentiâ divinâ, ex radice vitiosa, sine vitio prodijt virga, que intelligitur Beata MARIA, attestante Isaja, qui dicit: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Ita Anton. de Fuertes in suo Voto pag. 41. Sermo iste est de Assumptione Beatæ Virginis editus à S. Maximo; de quo dicemus latè in Radijs Solis Veritatis, adducendo integra verba.

MAXIMUS Monachus Græcus, in Expositione orationis de recta confessione, vocat Virginem MARIAM sanctam & omni ex parte gloriosam, &c. Ita Joannes Euseb. lib. Dissert. Epist. 15. fol. 275.

MAXIMUS à Pustitio, Ordinis Minorum Italus, in Arbore Provincia Basilicæ affirmat, quod in prædicta Provincia est una Ecclesia sub titulo Immaculatæ Conceptionis. Capellæ verò decem & octo, totidemque altaria. Extat manusc. apud nos.

MAXIMUS Taurinensis Episcopus, in Homilia de Ramis Palmarum, inquit: Ego autem sum vermis, & non homo. Cur Deus vermiculo se voluerit comparare? Possumus hoc quidem humilitati primùm assignare; sed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nullâ extrinsecus admixtione alicujus corporis, de sola & pura terra procreatur; sic & ipse Salvator de sola & pura MARIA procreatur, &c. Item, communiter citant ex ipso hæc verba: Hæc porta clausa, quæ fuit admirabilis Dei thalamus, cœleste templum, tabernaculum gloriæ, de quo speciosus prodijt Sponsus, lex gentium, spes fidelium, condecenter & congruè nullâ maculâ originali contaminata est. Ita Petrus Moral. Eusebius Niremb. lib. Exception. cap. 13. f. 215.

Item, passim vocat eam purissimam, & Immaculatam, & Immaculatissimam. Vide Petrum de Mora-



les lib. 3. tract. 1. Serran. lib. 2. cap. 18. num. 32. Leon classe 9.

**MEDAL LÆ**, quæ in Urbe Romanâ sunt sculptæ cum imagine *Immaculatae Conceptionis* tempore diversorum Pontificum, sunt variæ, perveniuntque ad numerum septuaginta & ultra. Unde cognoscitur erga hoc mysterium devotio. Omnes illas tam parvas, quam magnas habemus penes nos in ipsa Romana Curia hinc inde collectas.

**MEDIOLANENSIS** Dux, Princeps Italus, statuit in suo Ducatu, ut recitaretur officium divinum & erigeretur Confraternitas sub titulo *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, sic referente Daniele Agricola in sua Corona triplicata Doctorum fol. 176.

**MEFFRET** Auctor antiquus, & (ut creditur) ex Ordine Prædicatorum, in libro dicto: Hortulus Reginae, habet Sermones tres de Conceptione Virginis MARIE, & licet in ipsis contrariam sequatur sententiam; ad finem secundi Sermonis, qui incipit: Nondum erant abyssi, problematicè se habet, sic dicens post aliqua, litterâ L. fol. 30. Sed quia dicit Aristoteles: Medium in omnibus est laudabile; ne ideo videar ad unam partem magis quam ad aliam declinare, volo cum Jesu per medium illorum ire. Hoc enim tenens cum primis; si *Beatissima Virgo MARIA sine originalibus est concepta*, tunc benedictus sit Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui eidem Filio suo tam mundam præparavit mansionem, in qua dignatus est misericorditer novem mensibus habitare. Et quod Dominus Deus sit propter hoc benedictus, dicit Sapiens Eccles. 32. Age conceptiones tuas & non in delictis; sed in his omnibus Dominum benedicito. Quasi diceret: ò homo celebra Conceptiones Virginis, quæ propter te factæ sunt, & non in delictis; hoc est, noli temerè defendere unam illarum partium, ubi fortè cadere posses in peccatum: sed de hoc sufficit piè dubitare; & Dominum benedicere. Sed hoc teneo etiam secundis, si (ut dicunt) MARIA in originali est concepta, tunc statim est sanctificata & purgata, licet non in eodem instanti, quo fuit imperceptibiliter infecta, & hoc propter repugnantiam culpæ & gratiæ; tamen factum est in aliquo instanti proximo sicut naturæ possibile fuit. Ex hoc iterum apparet, quàm sollicitè divina gratia Beatam Virginem in puritate servavit: quia tempore imperceptibili & brevissimo ipsam in originali permittit, quàm citissimè potuit fieri ipsam per gratiam emundavit, &c. Lib. impress. Nurembergiæ 1496. & Monachi 1611. in folio.

**MELCHIADIS** Virgo & Sancta, in libro 1. suarum Revelationum, dicto: Spiritualis gratia, titulo de Nativitate sanctissimæ Virginis, folio 102. introducit Virginem MARIAM secum loquentem in quodam raptu, ac dicentem hæc verba: Secundò admone me gaudij, ex eo quod Deus me super omnem creaturam suam in tantum dilexit, quod amore mei multoties pepercit mundo, & antequam nata essem, ipse etiam ex amore nimio anticipavit aliquanto Nativitatem meam, & prevenit me sua gratiâ in utero matris meæ. Tertio admone me gaudij quod habeo ex eo, quod me super Angelos & super omnem creaturam dignissimè honoravit: ex illa namque hora, quâ anima mea corpori est infusa, Spiritu sancto me replevit, qui me ab originali peccato penitus emundavit, & singulari sanctificatione

in sacrarium sibi elegit, ut velut rosa sine spina, & tanquam lucifer oriret in mundum, &c. Item, folio 110. inter alia inquit: Quod Deus Pater me per hoc verbum, id est Ave, salutavit, ut esse possem immunis ab omni macula. Et nota, quod non vult hic dicere quod immunitas illa esset ab Incarnatione Verbi, sed loquitur absolute. Lib. impress. Toleti jussu Reverendissimi D.D. Fr. Francisci Ximenij, anno 1505. in 4. & alibi.

**MELCHIOR** de los Angeles, Ordinis Minorum Hispanus, in Salutatione Sermonis de Fide agn. de *Immaculata Conceptione*. Ita Ant. Daza cap. 6. fol. 97.

**MELCHIOR** de Ayala, Magister & Poeta Hispanus, de *Conceptione Immaculatae Beate Virginis MARIE* Poëma in lib. impress. Hispali 1616. fol. 37.

**MELCHIOR** de Castro, Doctor Hispanus, in libro de Historia Virginis MARIE Matris Dei, &c. lib. 1. cap. 1. & 2. agit de Parentibus Mariæ atque de admirabili ipsius Conceptione ac Nativitate, à folio 1. usque 7. Lib. impress. Compluti 1607. in 8. & habet in principio imaginem Immaculatae Conceptionis.

**MELCHIOR** de la Cerda, Societatis Jesu Hispanus, in libro: *Ufus & exercitatio demonstrationis*, &c. folio 545. in Oratione pro Biacensi Academia de Nativitate Virginis MARIE ad Studiosiorum instaurationem, post plura de macula Adami in posteros transfusa, inquit: Excipiatur denique Nativitas Virginis MARIE, quæ soluta communi lege mulierum, & experta omni culpa omnisque peccati in matris visceribus concepta fuit, & ad hanc lucem aspiciendam, post novem menses hodierno die in gratia & amicitia Dei immortalis donis virtutum immortalibus affecta, nata fuit prædicatur, &c. Hispali 1598. in 4.

Item, in Volumine 2. lib. Campi eloquentiæ, folio 552. cap. de Solitudine Virginis MARIE, inquit: Redigebat in memoriam legationem Gabrielis & nuntium ab æterno Patre sibi missum, tot & tam innumerabiles laudes, tantum cumulum virtutum maximarum, felicitatem & divinitus adjunctam fortunam Filij Dei immortalis in utero concepti interventu Spiritus divini, *nulla filie Virginis labe nec accepta offensione minima*, &c. Lib. impress. Lugduni 1614. in 8. regali. Sed nullus existimet, quod verba illa: *nulla accepta Virginis labe*, respiciant solum incarnationem Verbi, vel loquantur tantum de puncto Conceptionis Christianam verbum nulla est universale supponens pro omni tempore; & verbum filie potius connotat rationem filie, quam matris. In sua Conceptione fuit Virgo filia, in Conceptione Verbi fuit Mater. Tandem quia parum diceret vel nihil hic Auctor, si tantum loqueretur de tempore Incarnationis, & non Conceptionis Virginis.

**MELCHIOR** Flavius, Ordinis Minorum Gallus, ac Pij V. nec non Henrici II. Christianissimi Regis Concionator, in Resolutionibus in quatuor lib. Sent. Joannis Duns Scoti, dist. 3. lib. 3. quæst. 1. fol. 168. Fuerint Beata Virgo cum originali concepta peccato? R. *Quid Beata Virgo MARIA in instanti suæ Conceptionis habuit gratiam, quæ quam præservata fuit ab omni peccato*, &c. Quod laudat probat usque ad folium 171. Lib. impress. Parisiis 1600. in 8. & Venetiis 1580. in 8. & Parisiis 1579. in 8. regali.

**MELCHIOR** Gallegus, Presbyter Hispanus, in Libro seu Tractatu de Parochorum obligatio-



ne tempore pestis, &c. de Cognatione spirituali, cap. 18. annot. 136. fol. 367. inquit: Eidem B. Birgittæ in visione reseratum fuit *Christifera Virginem sine peccato originalis macula conceptam*, quod D. Antoninus narrat. 3. part. Histor. titulo 24. cap. 11. §. 11. &c. Lib. impress. Pampilonæ 1588. in 4.

MELCHIOR de Huelamo, Ordinis Minorum Hispanus, in festo *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE* indicem concinatorium in libro *Mysteriorum Missæ*, fol. 234. Conchæ 1605. in 4. & Barchinone 1597. in 4.

Item, in festo *Immaculatae Conceptionis* alium indicem in libro super *Salve Regina*. Conchæ 1601. in 4. Et pro eadem *Conceptione Virginis* sub alio themate Elenchum in eodem lib.

Item, de Monialibus Monasterij *Conceptionis* Conchenis virtute præclaris Cap. unum. Item, de Monialibus Monasterij *Conceptionis* villæ de Belmonte Caput alterum in Historia personarum illustrium Provinciae Carthaginensis. Impress. Conchæ 1616. in 4.

Item, in libro dicto: *Vida y milagros del glorioso Confesor San Gines de la Xara*, &c. ad finem libri sic inquit: *Ultra del Jubileo plenissimo y perpetuo que ay en la Ermita de los Angeles todos los que la visitaren el dia de la Concepcion, Natividad y Assumpcion de la sacratissima Virgen, ganen siete años y siete quarentenas de perdón, &c.* Impress. Murciae 1607. in 4.

MELCHIOR Prieto, Ordinis Beatæ *MARIE* de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, in Josephina Evangelica tract. 7. folio 124. inquit: *Pero la Virgen corrio mas que todos, y así la alcanzó al dar el primer paso su alma santissima en el vientre de su Madre en el primer instante de su Concepcion, siendo preservada por gracia de la mancha que causa el pecado original, &c.* Impress. Matriti 1613. in 4.

MELCHIOR Rodriguez de Torres, Episcopus Rosensis, Ordinis Beatæ *MARIE* de Mercede, in libro: *Jornadas de S. Joseph, y su familia MARIA y Jesus*, Jornada 5. folio 429. *Quod Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali, &c.* Lib. impress. Burgis 1629. in 8.

Item, in libro de Gratuitis Beneficiis divinis, lib. 2. cap. 2. in lucta spirituali de Jacob triumphante agit de *Immaculata Virginis MARIE Conceptione*, &c. ut refert Sylvester de Saavedra lib. de Sacra Deipara disp. 16. sect. 14. num. 658. folio 350.

Item, in lib. de Agricultura animæ & exercitiis vite Religiosæ agit de revelatione facta venerabili Fratri Carmelo circa *Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem*, ut testatur Joannes Euseb. Nieremb. in Sacro-Syl. 5. 5. & ibidem tract. 2. cap. 10. fol. 138. agit de miraculo quod contigit in festo *Conceptionis*, licet ibi non exprimat. Lib. impress. Burgis, ann. 1603 in 4.

MELCHIOR de Soria & Vera, Episcopus Trojanus Hispanus, anno 1618. fundavit in Civitate Giennen. Monasterium *Conceptionis* sub prima regula Sanctæ Claræ, in quo die 6. Januarii anni 1619. celebravit primitias & collocavit sanctissimum Sacramentum. Ita Martinus Ximena in Annalibus Giennen. fol. 525.

MELCHIOR Trivinnus, Societatis Jesu Hispanus, latinitati dedit *Meditationes P. Ludovici à Ponte ejusdem Societatis*, ac per consequens

*Meditationem de Conceptione Virginis MARIE*, in tomo 1. part. 2. Lib. impress. Coloniz 1613. in 8.

MELCHIOR de Villanova, Societatis Jesu Hispanus, in libro de *Oratione mentali*, tract. 3. cap. 9. folio 231. *Quod talis fuit puritas Virginis MARIE, quod ab ejus introitu in mundum usque ad exitum nescivit quid esset peccatum veniale aut originale, quia Dominus custodivit introitum suum & exitum suum, &c.* Et hoc latè profequitur. Item, ibidem in *Exercitijs spiritualibus*, folio 294. *Quod in Virgine MARIA nulla fuit obscuritas culpæ, sed ejus anima ac corpus semper fuerunt in luce, non sicut in alijs Sanctis, qui prius sunt in tenebris, &c.* Lib. impress. Toleti 1508. in 4.

MELCHIOR de Yebra, Ordinis Minorum Hispanus, in libro dicto: *Refugium infirmorum*, fol. 65. inquit: *MARIA sanctissima per Immaculatam & purissimam Conceptionem tuam, libera nos Domina.* Lib. impress. Matriti 1639. in 8.

MELCHIOR Zambranis Doctor Hispanus, edidit *Dialogum de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis Domine nostræ absque originali peccato conceptæ, &c.* Est *Dialogus inter Sacerdotem & Confiliarium.* Lib. impress. Hispani seorsim anno 1616. in 4.

MELCHIOR de Zetina, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: *Exhortatio ad devotionem Virginis MARIE Matris Dei*, cap. 1. agit de gratia, puritate ac privilegijs Deiparæ in communi, sed folio 121. adducit Antiphonam: *Tota pulchra est MARIA & macula originalis non est in te, &c.* cum *Oratione: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem.* Item, in *Litania speciali de Virgine MARIA*, postquam ipsam vocarat *speculum sine macula, &c.* inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam exaudi nos Domina.* Lib. impress. Compluti 1618. in 8.

MELTHILDIS Virgo ac Sancta, in libro suarum *Revelationum* quæ extant cum illis Hildegardis, Elisabethæ & aliarum, c. 51. fol. 165. inquit: *Ex illa namq; hora, quæ anima mea corpori meo est infusa, Spiritu sancto me replevit, qui me ab originali peccato punitus defendit, &c.* Extant impress. Parisijs 1513. in fol.

MELITHON de Fontaine, Ordinis Minorum Flander, Thesibus (quibus præfuit Montibus) hunc affixit titulum: *Candidissimo & integerrimo inter spinas lilio Immaculatae Virgini MARIE, quam unam inter filias Adæ ab originaria protoplastorum noxa immanem concepti iussit Omnipotens & quæ deinde plus trecentis abhinc annis, lingu-lari beneficio multis invidendo, Scotum suum tot è millibus unum pacta mercede, datoque in arrham ingenio ad miraculum perspicaci, primigeniæ sanctitatis suæ cultorem & vindicem esse voluit acerrimum, ut proinde merito Doctor Marianus audiat, &c. & habet *Orationem de Conceptione.* Impress. Montibus 1645. in charta expansa.*

Item, in *Quæstione Theologica generali*, num. 27. sub titulo: *Plurium paradoxorum in Beatâ Virgine concordia*, sic inquit: *Ex vitiosa radice nullum vitium aut peccatum, ne originale quidem, contraxit B. Virgo, cujus preservationem à peccato originali laudabili pietate celebrant Christi fideles festo solemniter quam pietatem, festum ac cultum in Ecclesia Romana, post ipsius cultus institutionem numquam immutatum, approbat & tuetur Alexander VII.*



in decreto: Sollicitudo omnium Ecclesiarum die 8. Decembris 1661. &c. Fuerunt habitæ Insulis in Capitulo Provinciali 16. Aprilis, anno 1662. & impress. Duaci in charta expansa.

**MELITO** Afianus, Episcopus Surdensis, Sanctus, in Homil. de Transitu Virginis **MARIÆ**, inquit: Domine prælegisti eam ancillam tuam fieri *Immaculatam tibi*. Thalamum, &c. Vide Joann. Euseb. libro Exception. cap. 13. folio 139.

**MENTIA** à Toledo, Carrionis Comitis legitima filia Hispana, in oppido de Oropesa ædificari curavit Conventum Conceptionis *Deiparæ Virginis MARIÆ*, quem postea Comes Franciscus Alvarez de Toledo perfecit. Gonzaga in Provincia Castellæ, Marrac. in Principib. Marian.

**MESSIRE** de Priezac, vel Daniel Consiliarius Regis Christianissimi, Gallus, in libro: Privilegium Matris Dei, tom. 1. Privilegium 4. de Conceptione miraculosa Matris Dei, à folio 145. usque 180. Privilegium 5. de Immaculata Conceptione Matris Dei, à fol. 181. usque 246. Privilegium 6. Quod inclinatio ad malum, quæ est in omnibus hominibus, fuit extincta in Matre Dei à sua prima sanctificatione, à folio 247. usque 272. Privilegium 7. de plena exemptione à peccato Matris Dei à folio 272. usque 280. Quæ omnia reperies in prædicto libro impress. Parisijs anno 1648. in 8. & sunt Tom. 3.

**METHODIUS** Patarensis Episcopus, ac S. Martyr natione Græcus, in Oratione de Simeone & Anna, quo die Domino in templo occurrerunt, ac de sancta Deipara, inquit: *Quam ob rem lege superior Mater se legi submittit, sanctaque illa, mundaque tempus quadraginta dierum impollutas constitutionum observat, &c. Si Beata Virgo MARIÆ erat lege superior; igitur non comprehensa in communi lege filiorum Adam. Si sancta & munda; igitur & in Conceptione. Item, infra: Quique in terris nuptiali Virginis thalamo Adæ sibi naturam immobili unione seu sponsus conjunxit, ac Matris puritatem indivulsam incorruptamque servavit. Cum denique, qui in supernis nulla corruptione genitus ineffabili in hisce inferioribus ratione natus est, &c. Si Verbū in utero V. immobili unione conjunxit sibi Adæ naturam; igitur natura illa in Christo & MARIÆ pura & incorrupta fuit. Vel sic: Christus Matris puritatem indivulsam & incorruptam servavit; incorruptam quantum ad Virginitatem, puram quantum ad Conceptionem. Item, infra: Unà illic cum assumpta ex ipsa intemerata carne eidem præsentavit, ascendit in templum sacra Mater novum legi exhibitura miraculum, &c. Illud intemerata caro, vel potest respicere virginitatem, vel etiam carnem non temeratam peccato. Item, infra: Ostenderis enim (inquit) tanquam in disco quoquam seu fereulo regio ab intemerata tua Matre in templo, id est, in carnis abs te assumptæ decore & forma. Si Mater intemerata & decora & ab instanti suæ Conceptionis fuit electa in matrem; igitur ab illo intemerata fuit & decora. Item, infra: Te enim, sanctissima Virgo, tanquam die clarissimâ, mundâ affulgente, solemque illum justitiæ producente, odiosus tenebrarum horror depulsus est, Tyranni potentia sacra irrita, mors destructa, infernus absorptus, inimicitia omnis ante pacis conspectum dissoluta, morbi noxijs sanctitatis beneficio erumpentem procul omnes facefcere iussi, &c. Noxius*

morbus fuit peccatum originale; iste igitur fuit depulsus per M. Item, infra: Quod antea per figuram Propheta Isaias fuerat vaticinatus, sacra Dei Mater perpicuè re ipsa fecit: accipiens enim ex patre immaculatæque altari suo carbonem illum vivificum & ineffabilem carne indurum, sanctarum suarum manuum complexu tanquam forcipe iusto illi porrexit, &c. Si **MARIÆ** purum & Immaculatum altare fuit; igitur nunquam peccato coinquinatum, vel aliqua labe pollutum. Item, infra loquens cum Virgine **MARIÆ**, inquit: *Propter te, ac intemeratam Dei Verbi ex te assumptam carnem immutabiliter indivisibile in ipso in perpetuum permanentem, urna illa aurea tanquam certissimus typus manna (quod aliqui per diem invertebant) in se ipsa minime mutatum, sed totis sæculis permanens conservabat, &c. Intemerata caro Verbi ex MARIÆ fuit assumpta; igitur caro illa quando in urna scilicet **MARIÆ**, non fuit inversa vel mutata, fuit semper ut manna pure conservata. Item, infra vocat **MARIAM** vestem sine macula ejus, qui induit lumen sicut vestimentum, &c. Igitur Immaculata hæc vestis semper fuit pulchra, lucida & nunquam in tenebris obscurata; aliâ ipsa non indueretur qui semper habuit & habet lumen pro vestimento. Ex infra: Nam qui dixit: Honora Patrem tuum & Matrem, longè potius talibus ipse ad inferi volens, gratiam propriamque ipse legem in ea servavit, quæ ultro assumptam ipsi navitatem ministravit, quamque sine Patre velut sine viro Matrem inscripsit, confirmavitque divino quodam decore, & supra hominem glorificavit, &c. Honor iste & decore divinus supra hominē fuit ejus præservatio à peccato originali. Item, Quod Deus posuit interra figuram ex profundo & de excelso; nempe Matrem supra naturam scetumque supra rationem; Matrem terrestrem, & Filium cœlestem, &c. Igitur, si **MARIÆ** supra naturam, non habuit conditionem naturæ nec quantum ad peccatum originale. Item, ad finem loquens cum B. Virgine, inquit: Ex te ipse non per gratiam Deus, nostri vero causâ etiam homo perfectus; ex te ipse naturâ omnium Rex, nullius subiectus imperio; propter nos verò & nostram salutem, etiam in forma servi, Immaculatè tamen atque impollutè existens, &c. Igitur si Christus à **MARIÆ** Immaculatus & impollutus exiit, & nulli subiectus imperio; fons, seu **MARIÆ** etiam Immaculata & impolluta exiit. Vide hæc omnia in libro impress. Parisijs 1644. in fol. studio P. Fr. Combes cum Amphiloquio & Andrea Cretensi.*

**MEXIA** de la Cerda, Doctor Hispanus, de purissima Conceptione Domine nostræ Orationem unam dictam in Conventu Fratrum Minorum Vallisoleti die septima infra octavas ejusdem festi Immaculatæ Conceptionis anno 1616. quam postea approbavit R. S. P. Franciscus de Sofa. Impress. Matriti 1617. in 4. & Hispali 1616. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

**MICHAEL** Adarco de Santander, Ordinis Beatæ **MARIÆ** de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, & Episcopus Bejevensis, in Sermone funerali de Balthasare Carolo Hispaniarum Principe, folio 13. alludens ad Virginis puritatem, & explicans illud: Et in capite ejus corona stellarum duodecim, inquit: Y esas no han de padecer Eclipse? Nô Señor, que si puso **MARIÆ** à sus pies la luna, porque admita menguan-



tes, mal colocara sobre su cabeza estrellas, que padecieron Eclipse, &c. Serm. impress. Matriti, anno 1646. in 4.

MICHAEL Alvarez de los Reyes Hispanus, in Opere cuius titulus est: Libro Real de la carta executoria en alabanza de la gloriosa santa Ana, y San Joachin, &c. inquit:

T aviendo ya declarado  
Todos conforme à derecho  
Sobre tan divino hecho  
Quedo en limpio averiguado:  
Que su nieto de santa Ana  
Pueda tener sin contienda  
De toda la gente humana, &c.  
Por ser sumo y eternal  
De la parte de su Padre  
Y por parte de su Madre  
Noble y de sangre Real, &c.  
Que aquella dorada puerta  
Tan hermosa, y tan preciada  
A la culpa fue cerrada  
Y à nuestra salud abierta.

Lib. impress. Vallitoleti 1604. in 4.

MICHAEL Angelus Almenara, Ordinis Minorum Hispanus: Quod Beata Virgo MARIA nullum contraxit contagium peccati originalis à suis Parentibus speciali privilegio, Serm. 1. de Nativitate Domini, folio 359. Item: Quod ex singulari privilegio sua MARIA concepta absque peccato originali, in Sermonem de Epiphania, folio 696. tomo 1. Impress. Valentia 1623. in 4.

Item: Quod Beata Virgo fuit preservata à culpa originali, Sermone 17. post Pentecosten. Item: Quod per ipsam morte Christi Virgo MARIA preservata fuit à macula peccati & culpa, & concepta absque originali peccato. Sermone 19. post Pentecosten. Item, illud Romanor. 5. sic explicat & declarat: Sicut per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, id est, omnes qui per feminalem generationem descendunt ab Adam, prater Virginem Mariam, quae fuit preservata à peccato originali per ipsam: Filii sui praevisam; sic per unius obedientiam multi constituntur, Serm. Dominicae 20. post Pent. fol. 481. tom. 2. Valentia 1619. in 4.

MICHAEL Angelus de S. Josepho, Ordinis Carmelitarum Italus, in libro de Partu Virginis, folio 30. & 31. vocat Virginem Mariam puram, & electam ab aeterno; sed praecipue folio 34. inquit:

Te il eterno motor con ferma legge  
Quel dio, che gli astri con perpetui giri  
Mova, & governa, esse en el tuo petto  
Per se proprio loco trono ben saldo,  
Onde per tal caggion sola sarai  
Tra le figlie d' Adamo altare à mondo  
Gloriosa acclamata, &c.

Vide alia in ipso libro: nam folio 68. dicit, quod stigmatum Christi Domini fuit Virgo recepta, tanquam unica & sola. Lib. impress. Neapoli 1650. in 12.

MICHAEL Angelus à Neapoli, Ordinis Minorum Italus, & Episcopus Jovenaensis, in libro Chronologiae Seraphicae adducit plures Constitutiones factas pro mysterio Conceptionis Immaculae. Impress. Neapoli 1647. in fol.

MICHAEL Angelus Samanucus, Italus Poeta, in Conceptu Virginis maxime profopopeiam daemionis

Elegiam unam, ut refert Marrac. in Biblioth. fol. 136. Pistoia cor. 2. cap. 8. fol. 228.

MICHAEL Angelus Venetus, Ordinis Minorum Italus, edidit Regulam pro Sodalitate Immaculatae Conceptionis Sancti Laurentij in Damaso.

MICHAEL Assensius, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: Copia accentuum, &c. folio 124. agit de festo Conceptionis Beatae Virginis MARIE. Impress. Caesaraugustae 1621. in 8.

MICHAEL Aubrij, Ordinis SS. Trinitatis & Redemptionis Captivorum, Baccalaureus Theologus Gallus, in Quaestione Theologica die 7. Februarii anno 1661. in Sorbona pro majori ordinaria sub Praeside M. Petro Roullé Doctore ac Socio Sorbonico Regi Christianissimo à Consilijs, Eleemosynis & Concionibus ordinario, sic inquit: Peccatum originale toti Adae posteritati nocet, excepta Beatissima Virgine MARIA, quae speciali privilegio ab eo exempta est. Impress. Parisius.

MICHAEL Avellanus, Ordinis Minorum Hispanus & Episcopus, de Conceptione Beatae Virginis absque originali macula Sermonem unum. Hispali 1617. ex Marraccio.

Item, pro eadem festivitate Conceptionis Declamationem. Granatae 1616. in 4. ex Leone.

Item, in festivitate Immaculatae Conceptionis Dominae nostrae celebrata in S. Francisco Granaten, super Epithalamium: Todo el mundo en general (quod adeo receptum & celebratum fuit in tota Hispania applicatum ad Evangelium dicit) Declamationem unam. Impress. Granatae 1617. in 4. Incipit: El argumento de este.

Item, scripsit Poemata de Immaculatae Virginis Conceptione, ut videre est apud Ferriol, lib. de Conceptione, folio 35. & 39. & 44.

MICHAEL à S. Autina, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciae reformatae Terrae laboris, agit late de fundatione Monasterij Monialium Sanctissimae Conceptionis Virginis MARIE Galatiae. Relatio extat apud nos manusc. De hoc etiam Monasterio agit Georgius Laurin in sua Relatione.

MICHAEL Ayguanus (dictus Incognitus) sive Michael de Bononia, Ordinis Carmelitarum Doctor Parisiensis & XVIII. Generalis, super Psalmum 29. ad illud: Domine in voluntate tua praetificasti decori meo virtutem, num. 428. eximit Virginem, ac eam preservatam pulchris verbis à peccato originali asserit. Vide ibi. Venetijs 1600. in 4.

Item, in libro Distinctionum suarum littera C. quae sic incipiunt: Cadere notatur, quod in sacra Scriptura, &c. verb. Corona Virginis MARIE, sic inquit: Quinto fuit puritate decorata, quia luna sub pedibus ejus: luna enim idem quod defectus, & significat peccati defectum. Habet ergo Virgo MARIA lunam sub pedibus, quia omnem defectum peccati suppeditavit atque calcavit, quia fuit sine farditate vitij corrumpentis, sine cupiditate imperii allicientis, sine pronitate carnis impetentis; & ideo mutabilis & defectibilis luna peccati sub pedibus ejus fuit, &c. Prosequitur late. Extat Opus hoc manuscriptum in Biblioth. PP. Carmelitarum Coloniae FF. num. 29. in fol.

Item, in alio manuscripto cuius titulus est: Incipit tabula Magistri Michaelis de Bononia Doctoris Parisiensis, &c. verb. MARIA, &c. Spiritus S. Mariam totaliter à peccato purgavit 3. dist. 3. cap. 2. MARIA numquam peccatum habuit, ibi cap. 4.



excepta *MARIA* nullus hominum est sine peccato 3. dist. 3. cap. 2. Extat manusc. apud PP. Carmel. Coloniae lit. FF. num 21. in fol.

Item, in 3. Sententiarum dist. 3. quart. unica sic inquit: Tertia conclusio est Quod *Virgo Christi Mater unica non dicitur in originali macula concepta*. Probatur tripliciter. Primo sic: Est dare aliquem qui quoad causam & effectum peccatum originale contraxerit; & est dare aliquem qui nec quoad effectum, nec quoad causam contraxit, scilicet Christum: ergo est dare medium; sed medium non potest dari nisi dupliciter. Uno modo sic: quod aliquis contraxerit originale quoad effectum & non quoad causam, & hoc medium est impossibile: vel quod aliquis contraxerit originale quoad causam & non quoad effectum, & hæc mediatio est possibilis; ergo oportet dare aliquam personam, quæ sic mediet: sed magis hoc est congruum attribueri *B. Virgini, quam alicui alteri: ergo licet contraxerit quoad causam, non tamen quoad effectum*. Deinde adducit alias duas rationes. Lib. impress. Mediolani 1510. in fol.

Item, scripsit de purissima Conceptione Beate *MARIE Virginis* Librum unum ad Cardinalem Sanctæ *MARIE* trans Tyberim. Ex Hippolyto Marraccio, Salazare, Leone & Posslevino.

Item, habuit solemnem Disputationem pro integritate *Virginis Immaculatae Conceptione*, ut refert Daniel Agricola in Corona Doctorum pro Concept. fol. 175.

**MICHAEL** de Baio, Doctor & Decanus Ecclesiæ sancti Petri Lovanii, edidit in suis Opusculis 79. propositiones vel temerarias, vel scandalosas, vel erroneas, vel tandem hæreticas, inter quas propositio 73. talis fuit: Nemo præter Christum est absque peccato originali. Hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis. Inter alias propositiones seu articulos, hanc etiam revocavit & abjuravit prædictus Michael his verbis: Ego Michael de Bajo Cancellarius Universitatis Lovanienfis agnosco & profiteor me ex varijs colloquijs & communicationibus habitis cum R. P. D. Francisco Toletio Concionatore suæ Sanctitatis ad hanc rem specialiter misso super diversis sententijs & propositionibus, jam olim à Sanctissimo Domino nostro Pio V. felicis recordationis sub data Kalendarum Octobris anno M. D. LXXVII. & nuper à Gregorio XIII. moderno Pontifice maximo sub data 4. Kalend. Februarij anno M. DL. XIX. iteratò damnatis & prohibitis, ita motum & ab eo perductum esse, ut planè mihi habeam persuasum, earum omnium sententiarum damnationem atque prohibitionem jure meritoque, ac non nisi maturo judicio ac diligentissima excussione præmissis factam atque decretam esse. Fateor insuper plurimas ex eisdem sententijs in nonnullis libellis à me olim & ante emanatam Sedis Apostolicæ super ijs censuram conscriptis & in lucem editis, contineri & defendi, etiam in eo sensu in quo reprobantur. Denique declaro me in præsentiarum ab ijs omnibus recedere, & damnationi à sancta Sede factæ acquiescere, & neque posthac ulla docere, asserere aut defendere velle. Datum die 24. Majj anno 1580. Michael de Bajo. Hæc omnia repe-

ries ad finem 3. tom. de Ente supernaturali R. P. Joannis Martinez de Ripalda. Impress. Coloniae 1648. in folio; & apud Soriam. tomo 1. in primam 2. de Peccatis, folio 865.

**MICHAEL** Bañez de Segovia, Doctor Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: *Inmaculada de MARIA Señora nuestra en el primer instante de su ser*, &c. Impress. Matriti 1653. in 4.

**MICHAEL** Baptista de Lanuza, Eques auctus Hispanus, in lib. sub hoc titulo: *Virudes de la venerable Madre Teresa de Jesus Carmelita Descalza del Convento de Valladolid, en el siglo Doña Brianda de Acuña Vela*, &c. quæ fuit Monialis in Conventu Conceptionis Valisolei (ut ipse dicit in prima pagina & alibi & in Dedicatoria) agit de Maria à Conceptione, & alibi de hoc titulo. Lib. impress. Casaraugustæ 1657. in 4.

Item, in libro cujus titulus est: *La venerable Madre Catalina de Christo Carmelita Descalza Compañera de la S. Madre Teresa de Jesus Priora del Convento de la Santa Trinidad en Pamploña de S. Joseph, en Barzelona de la Concepcion*, &c. fol. 143. & fol. 158. cap. 47. sub hoc titulo: *Elogios de la Madre Stephana de la Concepcion del Convento de Barzelona*, &c. Lib. impress. Matriti 1657. in 4.

**MICHAEL** Beuther, Carolopolita Francus, ad diem 8. Decembris de festiuitate Conceptionis *MARIE*, in libro: *Ephemeris historica*. Impress. Parisijs 1551. in 8.

**MICHAEL** Brucardus, Ordinis Minorum, in Apologia contra Wigandum scripsit pro *Immaculata Virginis MARIE Conceptione*, ut refert Daniel Agricola, fol. 176. Daza de Concept. cap. 6.

**MICHAEL** Calvus de Scicili, Ordinis Minorum Italus, in lib. Assumpti supra iEvangelii de al Quaresima, &c. in Sabbatho 1. Quadragesimæ habet *Sermonem de Immaculata Conceptione* usque fol. 91. Incipit: Non manca logi nelle Scritture, &c. Lib. impress. Venetijs 1648. in 4.

**MICHAEL** de Carchano Mediolanensis, Ordinis Minorum Italus, in Sermonario de Commendatione virtutum & reprobatione vitiorum, serm. de Sabbatho sancto & Annuntiatione sive Salutatione Angelica, qui est in ordine 69. ad illud: Ave *MARIA* gratia plena, inquit: In quibus verbis septem singularitates assignantur Prima dicitur singularitas innata, id est natura, quando dicitur Ave, id est sine væ, cui subiacet totum genus fœmineum, scilicet pudoris, doloris & laboris: fuit enim sine væ pudoris in Conceptione, quia eius Conceptio fuit sine corruptione, non humano semine, sed mystico spiramine. Fuit etiam sine væ laboris in gestatione, & fuit sine væ doloris in parturitione: nam (ut Bernardus dicit) fuit sine corruptione fœcunda, sine gravamine gravisida, sine dolore puerpera. Secundo modo fuit in Beata Virgine natura singularitas, quæ etiam demonstratur per Ave, id est, sine væ concupiscentie, culpa & pœnæ sine væ concupiscentie peccati originali, quia sine peccato concepta est, ut dictum est in Quadragesimali de Pœnitentia, &c. Et infra: Et ut unico verbo dicamus totum; ipsa Beata Virgo fuit gratia plena, quia secundum Scotum & Francileum in principio suæ Conceptionis accepit tantam gratiam, quod non potuit amplius accipere, quamvis Deus posset amplius dare, &c. Lib. impress. Mediolani 1495. in 4. Item,



Item, idem in Quadragesimali de Penitentia quod incipit: Secundum Philosophi sententiam, serm. 7. post primam Dominicam de Adventu habet Sermonem sub hoc titulo: *In festo videlicet Conceptionis Virginis MARIE, in quo ponitur ipsam fuisse conceptam sine peccato originali tribus preciarissimis vijs, &c.* ubi late & erudite de hoc mysterio à folio 14. usque 17. Incipit Sermo: Absit rem istam facere. Lib. impress. Venetijs 1496. in 8. magno & Parisijs 1487.

Item, in Opere per Adventum & Quadragesimam de Peccato in genere, & de tribus peccatis principalibus, scilicet superbia, avaritia, luxuria, quod incipit: Sententia est vera; in Sabbato post primam Dominicam de Adventu de solemnitate Conceptionis Virginis MARIE, quæ occurrit in Dominica sequenti, Sermon. 7. & incipit: Hora est jam nos de somno surgere, agit latissime de hoc mysterio. Lib. impress. Venetijs 1476. in 4.

MICHAEL Carpentoracensis, Episcopus Gallus, cum alijs Ecclesiarum Gallicarum Patribus ac Pastoribus subscripsit Decreto Provincialis Concilij Avenionensis de Conceptione sanctissime Virginis MARIE. Vide Purpur. Marian. fol. 369.

MICHAEL Carranza Valentinus, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in lib. cujus titulus est: *Selecta S. Ildephonsi, tum etiam aliorum Sanctorum pronuntiata de perpetua virginitate sacrosanctæ Matris Dei MARIE ad quandam Neophitum Valentinum, &c.* cap. 16. folio 120. loquens de fenestra Arcæ Noëmiticæ, inquit: Per illam autem fenestram absit quod intraret aqua, aer & pulvis: sed solum lumen clarum, quia Mater Christi nullum creditur habuisse peccatum, &c. Quid mysticè per Susannam melius, quam Mariam intelligere possumus? Illa pulchra, sed pulchrior MARIA, facie & fide pulchrior. Illa à senibus falso accusata & adulterij rea publico iudicio damnatur; Virgo quoque MARIA falso à Doctore suo ab omni peccato & accusatur & immoderate arguuntur non congerie damnabatur, quæ tota pulchra semper erant, nullique originali obnoxia culpa. Illa per Dauidem jubente Deo liberata, hæc Ecclesiæ universalis auctoritate (quæ rationibus, revelatione, ac miraculis roboratur) per fidelissimos Christi Prædicatores publicis concionibus per orbem terrarum immunis ab omni peccato quotidie prædicatur, &c. Lib. impress. Valentia 1556. in 8. cum opere S. Ildephonsi de illibata Virginitate Virginis MARIE.

MICHAEL Cid, Poëta Hispanus, edidit illa Carmina toto Orbe celeberrima & decantatissima:

*Todo el mundo en general,  
A veces Reina escogida,  
Diga que soys concebida,  
Sin peccato original.*

Paulus de Espinosa de los Monteros in prima parte Historiæ Hispalensis, lib. 8. folio 121.

MICHAEL Constantinopolitanus Patriarcha Grecus, electus ad annum 1167. iussit explicari sine Commentarijs illustrari Nomum Canonem Phocii, in quo est Constitutio Imperatoris Emmauelis illustrata à Balsamone, circa festum Conceptionis Virginis MARIE, ut refert Petrus Gonzalez de Arbedo in Notis ad Elogia B. Virginis, fol. 232.

MICHAEL Diaz Ybanez, Poëta Hispanus, e-

laboravit Cationem pro mysterio *Immaculatae Conceptionis Dei Matris MARIE.* Impress. Baëza 1618. in 4.

MICHAEL de las Doblas Malo, Poëta Hispanus, scripsit Glossam pro immunitate Virginis MARIE à peccato originali. Impress. cum alijs Granatæ folio 301.

MICHAEL Fidotus Ennensis, Ordinis Minorum Italus, in Descriptione Provincia Vallis Neri in Sicilia, inquit: Capellæ Conceptionis sunt duæ, altera in Ecclesia Divi Petri Placiæ, altera in Ecclesia Conventus Divæ MARIE JESU Fesulæ.

MICHAEL Franciscus de Insulis, Ordinis Prædicatorum Colonienis, & Confessarius Illustrissimi Principis Philippi Archiducis Austriae, Burgundiæ, Brabantia, & Episcopus Salubriensis, &c. in libro de Septem doloribus Christiferae Virginis MARIE, ac communi & saluberrima Confraternitate de hoc instituta, in indice sic inquit: *MARIAM quare Christus preservans à peccato, subijci penalitatibus quoad corpus voluit?* Et in corpore libri in secunda propositione primi Ordinis, respondendo ad propositam objectionem de doloribus, inquit: Ad secundum faciliter respondere possunt Doctores illi, qui Beatam Virginem in originali fuisse conceptam, sed mox sanctificatam scripserunt. Verum quia Concilium Basileense aliter docuit, hinc ad magis huic argumento & devotioni Confratrum tantæ Virginis satisfaciendæ, dicendum est, quod Dominus potuit Beatam Virginem preservare ab omni culpa, absq; hoc quod ipsam in statu innocentie ac instar primorum Parentum totaliter, & saltem quoad corpus reponeret & restitueret, relinquens eam quoad corpus & vitam animalem in suo naturali cursu & dispositione, &c. Et adducit officium de septem doloribus. Impress. Antuerpiæ absque anno in 4.

Item, in libro: *Clavis Cellarii divinæ & humanæ sapientiæ, &c.* quam R. P. Guilielmus Donfelsius ejusdem Ordinis restituit & adornavit, fol. 17. adducit Virginis MARIE encomia & laudes, & folio 163. inter alia de Matre Dei, inquit: Tum quia ipsa omni pura creatura in esse creato subsistete, inenarrabiliter speciosa facta, sancta, perfecta & gloriosa est ad intuendum cum jucunda lætitia, &c. Et prosequitur ibi & alibi in laudibus V. Lib. impress. Antuerpiæ 1613. in 16. Adduxi Auctorem istum, quia licet ejus verba non probent hæc istam Conclusionem: *Virgo MARIA preservata à macula originali;* probat tamen istam: *Non omnes Scriptores Ordinis Prædicatorum sustinuerunt opinionem contrariam.*

Item, in libro de Fraternitate Rosarii Beatæ Virginis MARIE, cap. 5. folio 36. de Salutatione Angelica, inquit: *Primò enim insinuat, quàm fuit purissima propter culpæ carentiam, quia Ave (id est) sine vâ: nunquam enim subjacuit originali, veniali, aut mortali peccato; quàm plenissima pro gratiæ affluentia, quia gratiæ plena; quàm tutissima per divinam potentiam, quia Dominus tecum; quàm dignissima propter personæ suæ reverentiam, quia benedicta in mulieribus, &c.* Extat impress. cum Operibus B. Alani de Rupe per R. P. Fr. Joannem Andream Copenstein ejusdem Ordinis, Colonie 1624. in 8. Item, vide fol. 39. ubi tractat quomodo MARIA caput serpentis contrivit.

MICHAEL Ghislerius, Clericus Regularis Italus, in Hieremiam Prophetam tomo 3. de festo Conceptionis



tionis gloriosissime Virginis *MARIÆ* Indicem concionatorium latissimum. Lib. impress. Lugduni 1623. in folio.

Item, super Cantica Cantic. in Evangelium & festum Conceptionis Beate *MARIÆ* Indicem concionatorium. Lib. impress. Venetijs 1617. in folio.

Item, in cap. 4. Canticorum, inquit explicans illa verba: Tota pulchra es: Si laborandum aliquantulum sit, jam peregrina laude ista accomodanda ad Ecclesiam, tum etiam ad animam in duabus præcedentibus expositionibus: laborandum tamè minimè est in eadem accomodanda ad Beatam Virginem, cui proprius encomium istud competit ut pulchra dicatur & sine ulla macula, utpote quæ haud mortalis dumtaxat peccati experta fuit, sed & originalis, & quæ aliena etiam exitit ab omni vel minima ruga peccati venialis, &c.

**MICHAEL** Glicas Siculus, in lib. Annal. de Bizantina Historia, part. 3. fol. 323. inquit: Hac de re satis est respondere, Auctores Evangeliorum Christi administrationem in carne commemorantes, ad eus à terris in cælum Assumptionem pervenisse. At experta illa macula Domini nostri *IESU CHRISTI* Mater provectam ætatem attingisse perhibetur, &c. Infra adducit alia pro immunitate Virginis. Lib. impress. Basileæ 1572. in 8. De hac auctoritate vide Euléb. Nieremb. in lib. Except. fol. 459. & Corderum in Annot. ad vitam S. Dionysij Areopagitæ, cap. 6. tom. 2. fol. 292.

**MICHAEL** Gonzalez Vaquero, Doctor Hispanus, in libro: La muger fuerte, por otro título, la vida de D. MARIA Vella, monja de San Bernardo, part. 3. cap. 14. fol. 191. Quod dæmon trepidat, quotiescumque loquimur de puritate ac integritate Virginis sanctissimæ, &c. Lib. impress. Matriti 1618. in 4. & Barchinone 1640. in 8.

**MICHAEL** Hierosolymitanus, Presbyter Græcus, transtulit in Græcum sermonem Epistolam Arabicè scriptam à R. Theodoro Abuchara Episcopo Carix, ubi aliqua invenies pro purissima Dei Genitricis Conceptione. Extat Epistola hæc Græco-latina in Opusculis Theodori Abuchara, num. 4. fol. 429. Impress. cum Operibus S. Athanasij Synaitæ Ingolstadtij 1606. in 4.

**MICHAEL** Hoyerus, Ordinis S. Augustini Belga, in Collegio Insulensi Præfectus, edidit Orationem sub hoc titulo: Oratio encomiastica de sanctitate, vita & divina sapientia Joannis Duns Scoti Doctoris Mariani & Subtilis, ubi sparsim multis in locis agit de Immaculata Virginis Conceptione; nam fol. 5. inquit: Tuique Doctoris gloriam me in hac celebri virorum frequentia vindicem tuum, eundemque Immaculatæ Conceptionis tuæ assertorem fortissimum, &c. Et folio 9. Ecce ab Ordinis supremo præfecto litteræ, quibus miles fortissimus Coloniam adversus nonnullos, qui illic intactam & ab omni prorsus labe alienam Diva Matris Conceptionem nigro etiam selle respergere volebant, &c. Et folio 11. Testem te unum facio, Sixte Pontif. Optim. Maxim. qui in officio Immaculatæ Conceptionis asseris Scotum inexpugnabile Mariani honoris scutum, ad hanc veritatem defendendam & oppugnandam ab ipsomet Christo fuisse ex Anglia in Gallias missum. Tali scilicet opus erat Achille adversus insipientes nonnullos troillos. Tali Fabio opus, qui non cunctando, ut

alter, sed fortiter pugnando rem & honorem hereditantem magnæ parenti restitueret, &c. Et profequitur latè adducendo miraculum illud de Virginis *MARIÆ* imagine inclinata ad illa Scoti verba: Dignare me laudare te, Virgo sacra, da mihi virtutem contra hostes tuos: Demisso inquit paulisper sacro suo capite visa fuit annuere, certamque de Adversariis palmam promittere, quod etiam nunc hodie Parisiis (puritatis Mariæ pariter, ac Scoticæ æternum pietatis argumentum) cernitur insigne monumentum. Impr. in 4. **MICHAEL** à S. Jacobo (hoc est de Santiago) Ordinis Carmelitarum Hispanus, scripsit de Conceptione Immaculatæ Deiparæ Virginis Libellum unum, ut est apud Marrac. in Biblioth. & in Catalog. ad annum 1623: ex Cafenare & Leone class. 6. Pistoia fol. 155. & Ludovic. Jacob à S. Carolo in sua Biblioth. Carmelitana.

Item, edidit Sermonem de Immaculatæ Conceptione in Conventu Carmelitarum civitatis Hispanæ & impress. ibidem, ann. 1616. in 4. cum imagine Conceptionis.

**MICHAEL** Joannes Ossuna Cabilcol, Canonicus Barchinonensis Ecclesiæ Hispanus, in Sermone de S. Georgio Martyre ac Patrono principatus Cataloniæ, in Salutatione inquit: Si ya no es que MARIA com à President y Senyora en la signatura de gracia en correspondencia del sevey, que li fieren los brazos de esta ilustrissima calla fent en corts generals constituto de defenlar su inmunitat candida y pura, posant penas de indignatio del Rey lo contrari prenga com ho tonch per cet, &c. Serm. impress. Barchinone, anno 1638. in 4.

Item, scripsit Sermonem de Immaculatæ ac candida Conceptione Virginis *MARIÆ* in Ecclesia Barchinonensi. Impress. ibi anno 1636. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

**MICHAEL** Isselt Amorsfortuis, in lib. Concionum Cornelij Mussij Bitontini à se latinatim donato: Quod Beata Virgo *MARIA* nunquam in ætate habuit maculam, nunquamque in ea fuit defectus ex aliquo peccato ipsam obsequante, quia semper fuit lucida semper splendore plena, semper plena gratiâ, semper sancta, non minù nascendo quam vivendo, &c. Lib. impress. Colonia 1594. in 8.

**MICHAEL** Leitano de Andrada, Eques armatus Militiæ Christi Hispanus, in libro: Miscelanea do sitio de nosa Señora de Luz do, &c. grandedo appareimento de sua santa imagem, &c. con multas curiozidades è poezias diversas, dialogo 1. fol. 2. inquit: Edesta hermiida pella mesma carreira & estrada se vayá utra hermiida de N.S. da Conc. isa m muito devota, & frequentada & ten una fonte junto de muita & boa agoa è estrada que tie per de baixo de fontes, muito plana, & con largeza à carreiraz, & folgares à cavallo, & à esta senhora da Conceição se fez este soneto: Que soy concebida sem peccado original, &c. Et adducit varia Poëmata de Conceptione Virginis. Lib. impress. Ulyssiponæ 1629. in 4.

**MICHAEL** Lochomair, Artium Magister, in Ecclesia Pataviensi Canonicus, in lib. Sermonum Serm. 5. de Conceptione Virginis *MARIÆ* Sermonem unum, ad illa verba: Nondum erant abyssi, &c. Et in hoc dicit loquedo de sanctificatione Virginis gloriose, que nullo inquam peccato maculata fuit originali aut actuali, veniali vel mortali; habuit tamen potentiam



potentiam ad peccandū; & deinde loquens de duplici sanctificatione V. MARIE, inquit: Prima sanctificatio erat in eius Conceptione, non quando Joachim & Anna carnaliter se commiscuerunt pro generatione MARIE. V. sed postquam corpus MARIE fuit plene formatum & effigiatum in omnibus membris, tunc cum anima fuit creata & corpori infusa & unita, statim sanctificata fuit. In illa enim sanctificatione in utero non solum fuit preservata à peccato originali, ut latius infra dicitur, sed &c. Secundus Sermo est sub themate: Domum maiestatis mee glorificabo; ubi multoties dicit, quod Deus eam à peccato originali preservavit. Serm. tertius est sub themate: Conceptus hodiernus; & est quasi tractatus in quo probat latissime Virginem fuisse preservatam. Impress. Hagenau, anno 1500. & 1507. in folio.

MICHAEL Lopez de Valejo, Poëta Hispanus, scripsit quandam Glossam pro Conceptione Immaculata Virg. MARIE. Impress. apud Sanct. Zapata de Concep. folio 137. & 158. & fol. 166. & 183.

MICHAEL de Lovera, Doctor Hispanus, typis mandavit Sermonem de S. Antonio Abbate R. P. F. Joseph à Matre Dei, in quo fol. 19. affirmat Virginem MARIAM fuisse terram fecundam, in qua nullo modo fuit sterilitas culpa. Impress. Valentia 1643. in 4.

MICHAEL de Luna & Arellano, Militis S. Jacobi, & Consiliarius Regius Hispanus, scripsit Librum sub hac Epigraphe: Theoremata sacra Theologica & Juridica, Topica & Anaglyphica pro Immaculata Deipara Virgine Conceptione & ingenita Patrum doctrina, & omnigen. Legiflatorum rescriptis, Jurisconsultorumque responsis, &c. Impress. Bruxellis 1652. in folio.

Item, scripsit Epistolam ad sanctissimum Ecclesie Pontificem Maximum Innocentium X. pro mysterio Immaculatae Conceptionis, & incipit: Ad oscula pedum vestrae Sanctitatis; ubi de columba & ramo olivæ pro innocentia Virginis. Impress. Bruxellis 1652. in folio.

MICHAEL Maior, Senatorii Ordinis apud Herbipolenses, in Oratione aurea de Beata Virgine, inquit: Ave rosa sine spinis, te quam Pater in divinis maiestate sublimavit, & ab omni reatu servavit, in libro dicto: Lucina spiritualis, folio 393. Impress. Colonia 1618. in 8.

MICHAEL Martin, Poëta Hispanus, edidit Canticum de sanctissima ac pura Virginis MARIE Conceptione. Ita Ferriol. de Concep. folio 41.

MICHAEL Martinez, Doctor Hispanus, in Sermone de Annuntiatione, inquit: O dichosa Señora la mas hermosa, y graciosa delante de los ojos de Dios! Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Extat in Biblioth. Scorial. 2. M. 2. in folio.

MICHAEL Mauclerus Parisinus, Doctor Sorbonicus, in lib. de Monarchia Divina, Ecclesiastica & seculari Christiana, &c. tom. 2. ad finem, vocat Virginem MARIAM Immaculatam, & eius carnem ex lignis seshim impuridis edificatam, pag. 627. Lib. impress. Parisiis 1622. in folio.

MICHAEL de Mediolano, in Quadragesimali de Peccato in genere, &c. Sabbato post primam Dominicam de Adventu, adducit Sermonem de Summitate Conceptionis Virginis MARIE, & est in ordine 7. cuius prima pars sic se habet: In qua declaratur, quomodo Deus potuit preservare Virginem à peccato originali. Et secunda: In qua declaratur

quam congruum fuerit, quod Deus preservaret B. Virginem à peccato originali. Et tertia sic: In qua declarantur multæ auctoritates novi ac veteris Testamenti, & etiam Sanctorum Doctorum, quæ videntur contrariæ Conceptioni B. Virginis. Item, Sabbato post 2. Dominicam Adventus, adducit Sermonem de sanctificatione, illustratione & charitate Beatæ Virginis, qui est in ordine 14. & pars prima sermonis habet istum titulum: In qua tractatur de puritate B. Virginis, & quomodo fuit sanctificata in utero matris. Item, Serm. Sabbati tertii, qui est in ordine 21. sub hoc titulo: De comparatione Virginis ad stellam cœli, in prima parte sic inquit: Stella quidē ab adstano denominatur, quia in cœlo stat fixa; in cœlo suo, quia immobiliter stetit in Filio suo à primo exordio per carnis Conceptionem. Secundò in vita per omnium virtutum irradiationē, &c. Alia multa habet. Auctor iste in illo libro pro Virginis puritate, Impress. Basilea 1479. in folio magno, & Venetiis 1496. in 4.

MICHAEL Melendez de Valdivia, Poëta Hispanus, de Immaculata Virginis Conceptione Canticum folio 52. Impress. Hispani 1616. in 4.

MICHAEL Menotus, Ordinis Minorum Gallus, in lib. Sermonum Quadrages. in serm. Sabbati post 1. Dominicam, folio 45. col. 4. inquit: O MARIA fons misericordie! estis nubes clara, quæ nunquam sedit in terra, id est, in peccato originali vel mortali, &c. Lib. impress. Parisiis 1525. in 8.

MICHAEL Merinus, Generalis Ordinis S. Norberti Hispan. in Oratione panegyrica de Domina nostra de Pace, folio 7. inquit: Quanto à la segunda parte, que fue concebida en paz beatifica y gloriosa, ya lo dixo San Bernardino de Sena su devotissimo siervo, y San Pedro Damiano: Care MARIE maculas Adæ non admisit, sed singularis eius puritas in candorem lucis aeternæ conversa est. Y el mejor emporio de las letras la madre universal de la sabiduria, y maior taller de las disciplinas todas, nuestra Universidad Salmantina el año pasado la defendió en este teatro con aplauso publico, y la aplaudio con veneracion probable: muchas gracias al promotor de tan gustosa novedad, y aora de paso lo probaremos con un lugar, &c. Serm. impress. Salmantica 1651. in 4.

Item, Sermonem de Animabus Purgatorii, fol. 27. agit de gloriosa Conceptione Virginis MARIE. Vide ibi num. 3. Serm. impress. Matriti 1652. in 4.

MICHAEL Meyers, Ordinis B. MARIE de Mercede Hispanus, præfuit Conclusionibus dicatis sic: Sacratissima Virgini Matri in gratia & gloria conceptæ, speculo Immaculato, cuius illibatam pulchritudinem chorus Redemptorum ex suo in suo instituto candidus enixè propugnat, &c. ubi plura de Immaculata Conceptione cum imagine ipsius. Impress. ann. 1655. in charta expansa.

MICHAEL Miralles, Poëta Hispanus Valentinus, edidit Poëmata de preservatione Virginis MARIE à peccato originali cum aliis apud Ferrandum Diaz, anno 1486. in 8.

MICHAEL de Molina, Ordinis Minorum Hispanus, edidit quadam Carmina lusoria pro Immaculata Virginis Conceptione, quæ impressa prodierunt cum aliis Granatæ 1651. in 4. a fol. 99.

MICHAEL Monachus, Decretorum Doctor Italus, in Sanctuario Capuano ad diem octavam Decembris, folio 565. hæc habet: Conceptio Beate

X x x

MARIE



*MARIE* Virginis duplex, & solemne Martyrolog. Romanum & Kalendaria. In officio Lectiones ex Anselmo. Sub titulo Conceptionis est in civitate Ecclesia Cœlestinorum, & Capella cum Collegio puellarum. Lib. impress. Neapoli, anno 1630. in 4. Joannes Tam. de Salazar in suo Tract. de Concept. ad annum 663. folio 237. Hunc citat folio 402. sed potest esse alia impressio, quæ ad manus meas non pervenit.

**MICHAEL**, Monachus S. Bavonis (qui floruit ante trecentos quinquaginta annos) elaboravit Sermonem pulcherrimum ac latissimum pro Assumptione Virginis *MARIE*, qui incipit: Sic habuit gratiam super omnes mulieres, scribitur Esther 2. cap. Pro hujus thematis declaratione utrotali propositione: Persona quæ præ cæteris informatur virtutibus, &c. Parum post medium Sermonis agit latè de omnibus penalitatibus introductis in mundum per Evam, & postea inquit: Ad propositum ergo B. Virgo merito debet esse immunis ab isto vâ, ideo & ipsa præservat sibi fideliter servientes ab isto ultimo vâ damnationis, & pro parte à secundo vâ, scilicet à multis peccatis: *ipsa (ut piè creditur) non incurrit peccatum originale, & nunquam commisit aliquod actuale, nec mortale, nec veniale peccatum, &c.* Extat manuscript. apud Patres Cruciferos Colonia, litt. D. num. 24. in 4.

**MICHAEL** de Morales, natione Gallus, Horas Domine nostræ Virginis *MARIE* pro totius anni tempore cum Officio Conceptionis, & aliis Orationibus. Parisijs 1644. in 8.

**MICHAEL** Muñoz, Cordubensis Carmelitanus, in lib. Propugnaculum Eliæ & propaginis Carmelitæ, libro 2. titulo 3. art. 3. à folio 342. usque 349. plura adducit & dicit de candore illibato, nivo & puro, de plenitudine gratiæ, integritate mentis & carnis sacratissimæ Virginis *MARIE*. Vide alia ibi, nam omnia respiciunt ejus immunitatem à peccato. Lib. impress. Romæ anno 1636. in 4. regali.

**MICHAEL** N. Ordinis Prædicatorum Gallus, & Copeionator magni nominis, testatur quoddam totus suus Ordo accedit paulatim ad sententiam de *Immaculata Virginis Conceptione*, quæ communior est in Ecclesia; & quod nunc sine dubio S. Thomas si viveret, eam teneret, &c. Hunc citat Valentinus Gerardus Gallus in Triumpho Virginis part. 3. discor. 2. pagina 753. apud Anonim. Franciscanum, Auctor. 37. Franciscus Hondeghen in Euec meridiana fol. 218.

**MICHAEL** de la Novit, Ordinis S. Francisci de Paula Gallus, auxit Bibliothecam Petri Blanchot, in qua folio 611. adducit plura de *Conceptione Virginis MARIE*; ut videre est in 3. editione Parisiensi 1645. in fol.

**MICHAEL** de Palacios, Doctor Salmanticensis Hispanus, in Commentarijs super Isaiam Prophetam, lib. 3. tom. 1. fol. 129. à tergo: *Quod Beata Virgo MARIA fuit libera ab omni culpa & culpæ vestigio, à primitivæque originali culpa sancta semper, atque immunis, & nullâ contagione culpæ sedata, &c.* Vide ibi latè. Et infra fol. 213. Tropologic. Declaration. de felicissima Desparæ Conceptione ejus prothema est: Ecce Dominus ascendit, seu vehitur super nubem levem, & ingreditur Ægyptum, &c. usque ad folium 219. ubi eruditè & latè tractat de hoc mysterio.

Item, tomo 3. folio 57. *Quod Beata Virgo MARIA ab omni prorsus maledictione fuit aliena.* Lib. impress. Salmanticæ 1572. in folio.

Item in 3. Sent. dist. 3. disput. 1. An Beata Virgo originalis piaculi fuerit experta postquam egerat latè de duplici sanctificatione & de tribus sanctificationibus, quæ fuerunt in Virgine *MARIA*, probat *Virginis Conceptionem fuisse incontaminatam, atque Immaculatam* fateri ejus *Conceptionem, esse magis primum & verum.* Item, disput. 2. ex hypothesi, si fuit concepta cum originali; quanto tempore sub illo egerit *MARIA*? Et disput. 3. inquit: Num fomes peccati fuit in *MARIA* Virgine? Item, disput. 4. Num Virgo *MARIA* in via agens fuerit impeccabilis? Quæ omnia repetes à folio 39. usque 59. Lib. impress. Salmanticæ 1577. in folio.

**MICHAEL** Perez de Heredia, Ordinis Cisterciensis Hispanus, de *Conceptione Immaculata Virginis*, sive: Consideratio pro festivitate Conceptionis *Immaculate Serenissime Regine Angelorum Virginis Domine nostræ*, super verba S. Matthæi: Liber generationis, Sermonem unum, à folio 409. usque 419. Salmanticæ 1605. in 4. & etiam italicè Venetiis 1641. cum imagine *Immaculatae Conceptionis*. Vide etiam Sermonem de Nativitate Virginis pro hoc mysterio, folio 239. Impress. Salmanticæ.

Item, in Sermone de B. Virgine *MARIA* prædicato in Sacratio Toletano, folio 93. inquit: Ypanegyricos soberanos en alabanza de la sanctissima Reyna de los Angeles, comenzando desde su purissima, limpiissima & Immaculada Conception, &c. Extat cum aliis impress. anno 1617. in 4.

**MICHAEL** Pellius, in Paraphrasi in Cantica Canticorum, cap. 6. folio 543. inquit: Has classes atq; hos ordines Salomon ille prospiciens & divino afflatus Spiritu tãtò ante cernens Verbi sponsi purissimi Incarnationem, & quæ ipsum sine semine genuit sanctissimam Dei Genitricem *MARIAM, illam Immaculatissimam*, quam omnibus omnes hominum generationes vocibus nunquam cessantibus beatissimam prædicant, quæ totius mundi peperit Salvatorem, &c. Lib. impress. à Theodoro Peltano cum aliis Opusculis Sanctorum Antuerpiæ, an. 1614. in 8. & cum Operibus Theodori. Et infra vocat *MARIAM columbam solam, quæ puritate Cherubim & Seraphim antecellit.* Ex quibus omnibus ejus *Immaculata immunitas* comprobatur.

**MICHAEL** à Purificatione, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Vitæ Evangelicæ, tractatu 4. à folio 205. usque 247. *Quomodo Virgo MARIA Regina Angelorum fuit concepta absq; peccato originali per meritâ prævisa Christi Domini nostri.* Item, in *septo purissima Conceptionis Virginis MARIE* Sermones 3. in indice concionatorio ejusdem libri. Barchinonæ 1640. in folio.

**MICHAEL** à Quercu, Ordinis S. Augustini, in Theologiâ habitâ Lovanii die 29. Aprilis anni 1646. Thesi 15. de Originali, hæc defendit: *Ab eo Virgo Desparâ immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

**MICHAEL** Romerus, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Tractatum Scholasticum de *Conceptione Virginis MARIE*, in quo habet sequentes *Questiones*. 1. Utrum Virgo *MARIA* fuerit sanctificata antequam nasceretur? 2. An fuerit ab originali præservata? 3. *Quod certum sit Beati Virginem fuisse immunem à peccato originali.* 4. Utrum Beata Virgo peccaverit in Adamo, & ex illo debitum peccati



peccati originalis contraxerit? 5. Utrum in momento Conceptionis Virginis fuerit fomes peccati extinctus vel ligatus? 6. Quantam abundantiam gratiæ acceperit Virgo in prima sanctificatione? 7. Utrum Beata Virgo toto vitæ tempore in sanctitate profecerit? &c. 8. Utrum Virgini Mariæ fuerit ablata potentia peccandi in prima sanctificatione? 9. Utrum Virgo MARIA fuerit immunis ab omni peccato veniali & actuali, &c. Et alias adducit quæstiones, quæ non ita ad nostrum pertinent institutum. Extat manuscript, in Biblioth. Matriten. S. Francisci in 4.

MICHAEL Ruiz, Ordinis ..... scripsit de Immaculata Virginis MARIE Conceptione, ut refert Antonius de Leon in Biblioth. manuscr. class. 9.

MICHAEL Ruiz, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, de Conceptione Immaculatae Beate Virginis MARIE Concionem unam in Ecclesia Parochiali civitatis Hispalensis in octava purissimæ Conceptionis die 15. Maii anno 1615. Incipit: *En las fiestas solemnes; & est Sermo dogmaticus: per diversas enim causas probat Virginitatem fuisse conceptam absque peccato originali.* Impress. Hispal. 1616. in 4. Hunc existimo esse eundem cum antecedenti.

MICHAEL Sanchez, Presbyter Hispanus, in lib. Imagen de la Virgen MARIA Madre de Dios de Guadalupe milagrosamente aparecida en la ciudad de Mexico, &c. ad finem libri inquit: *Ima majorem gloriam Dei, ejusq; Genitricis MARIE super Virginem sine labe conceptæ, &c.* Item, in ultima deparitione, folio 30. adducit depictam imaginem Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, ac communiter depingi solet, quæ miraculose apparuit in pallio cujusdam Indi Joannis Didaci, quam coram multis ostendit D. D. Joanni de Zumarraga Archiepiscopo Mexicano. Lib. impress. in civitate Mexicana 1648. in 4.

MICHAEL de la Serna, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in libro: *Elogios de Christo y MARIA, predicados à quarenta Sermones de sus fiestas, &c.* habet Sermones duos de purissima Conceptione Virginis MARIE Domine nostræ, à folio 394. usq; 414. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1646. in folio.

MICHAEL van Triest, Societatis Jesu Sacræ Theologiæ Professor Belga, in Theibus Theologicis de Peccatis, Legibus & Gratia publicè habitis Antuerpiæ 11. Augusti anno 1648. fol. 4. Conclusionem 6. de Peccato originali, hæc habet: *Propter quamvis ea labe universalissima sit, Beatam Virginem, maternitatis Dei titulo, adeo illa nunquam infectam fuisse statuimus, ut ne ejus quidem debita peccando in Adamo contraxerit: & hoc ipso perfectio à Filio redemptam, quæ meritis ejus preservata est.* Impress. ibidem in 4.

MICHAEL Valles, Ordinis Minorum Hispanus, in Assertionibus habitis anno 1649. de Peccato originali, inquit: *Et si ubique protoparentis nostri grassetur contagium; tamen exiitpe sanctissimam Dei Genitricem Virginem MARIAM, quam divina gratia in initio gressuum suorum dirigens, non solum non caderet preparavit, sed & ne debito proximo contringeretur. MARIE immunitas adeo omnibus debet, ut certa, in illam definitionem Ecclesiæ existiment esse prozime expeditam, ad quod non erit necessaria Generalis Concilii legitima Congregatio, sed Innocentii X. specialis per Bullam sufficit expeditio.* Extant impress. Compluti in charta expansa.

MICHAEL de Hungaria, Ordinis Minorum, in libro dicto: *Evagatorium, id est, Sermones 13. cum applicationibus thematum perutilibus de Tempore & de Sanctis, &c. de Conceptione illibatae Virginis MARIE, hæc inquit: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Psalm. Nota duo. Primò commendatur MARIA sanctificationis claritate, ibi: Sanctificavit. Secundò collaudatur à statûs dignitate, ibi: Tabernaculum suum. Tres excellentias habuit MARIA. Prima sanctitatis, quia in utero sanctificata. Bernard. Sancta antequam nata. Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Secundâ virginitatis, quia perpetua Virgo Immaculata, &c. Extant impress. Parisiis 1515. in 8. Item, ibi serm. 2. (Si illi Sermo sunt ejusdem Auctoris, existimo enim esse alicujus Dominicani) in Notabili de Anna matre MARIE sanctissima, inquit: *Prima ratio ex parte Virginis MARIE, quia ipsa debuit fore Mater gratiæ, & singularissimâ gratiâ super omnes debuit sanctificari in utero Beate Annæ à Deo, ut dicit Anselmus de Conceptu virginali: Decebat (inquit) ut ipsa Virgo Beata ea puritate niteret, quâ major sub Deo nequit intelligi, &c.* Lib. impress. Parisiis 1516. in 8. parvo, & castig. à R. P. Fr. Jacobo Gandensi Ordinis Prædicatorum.*

Item, pro Conceptione illibatae Virginis MARIE thema seu indicem concionatorium. Impress. Argentinae 1503. in 8.

MICHAEL Ybañez de Segovia, Canonicus Guaxacæ in Indiis Hispanus, scripsit Sermonem sub hoc titulo: *Immunidad de MARIA Señora nuestra en el primer instante de su ser, en estos discursos predicados en el solemne octavario, que consagrò à su pureza nuestro Catholico Monarcha Phelipe IV. el grande en el Real Convento de las Descalzas anno 1652.* Impress. Matriti 1653. in 4.

Item, scripsit Sermonem seu potius Tractatum sub hoc titulo: *Tropheo de la Concepcion Immaculada de la Emperatriz de los Angeles MARIA Señora nuestra concebida en el primer instante imagen de la santissima Trinidad.* Impress. Matriti 1652. in 4.

MICHAEL Zanardas de Urgnano, Ordinis Prædicatorum Italus, in Rosario gloriosissimæ Matris DEI MARIE, folio 139. de Indulgentiis pro die & festivitate Conceptionis Virginis MARIE & octava. Lib. impress. Taurini 1609. in 12.

MICHEL IUS Calvo de Siciliis, Ordinis Minorum Italus, in prima parte Sermonum, sive de Assumptis prædicabilibus, Sabbato primo Quadragesimæ habet Sermonem pulcherrimum de Immaculata Virginis MARIE Conceptione, à folio 85. usque 110. Lib. impress. Panormi 1645. in 4.

MILLAN, Doctor Hispalensis, edidit Librum dictum: *Flos Sanctorum Hispanicæ, & folio 111. à tergo inquit: Comienza la historia de la Concepcion de nuestra Señora la Virgen MARIA, y de como fue revelado que se celebrase la fiesta à ocho dias del mes de Diciembre. Item, infra folio 13. De como fue instituida Orden de la purissima Concepcion de la Madre de Dios en la ciudad de Toledo, y los perdones que se ganen el dia de su fiesta.* Lib. impress. Hispal. 1572. in folio. Fuit etiam impress. anno 1578. ut inquit Joannes Tamayus de Salazar, folio 239. & 240. quàm impressionem non vidi.

MILO de Thailly, Episcopus Aurelianensis, ad annum 1315. Conceptionis solemnitatem 6. Idus



Decembris imposterum celebrandam instituit,  
&c. Hippol. Marrac. ex Annal. Saussiei in Antif.  
Marian. fol. 409.

MIR A de Mescua, Poëta Hispanus, in Comœdia  
de quadam Arepticia, fol. 143. inquit:

*T quon sin su mancha impta*

*Fue concebida en bellezã*

*Christo por naturaleza*

*T por su gracia MARIA.*

Lib. impress. Matriti 1652. in 4.

MIRACULA. Magister de Conceptione non pro-  
bè concionatus, mirabiliter puniitur, sed prodigio  
deteritus, respiscit. Quidam concionator ex sa-  
cro suggestu conatus est auditorum animos à ma-  
gis pia de *Immacul. V. Conceptione* abducere sententia,  
sed finita Oratione dum ad Sacrum celebrandum  
accederet, Virg. MARIE effigies ab ipso avertit  
faciem, & statim concionator oculis orbatus est:  
sed ipse subitâ caligine perterritus in meliorem  
receptus mentem, proposuit semper *Immaculatam*  
*tenere & predicare Conceptionem*, votoque emissô  
restituuntur ei lumina: & in miraculi signum dici-  
tur, quòd Virginis simulachrum in hanc usque  
diem reflexo ad tergum vultu conspiciatur Tolo-  
sæ in Conventu D. Francisci. Pelbartus à The-  
mesvar in Stellario, part. 2. artic. 3. Sebastianus  
de Novaes, miraculo 2. f. 183. S. Bernardinus Sen-  
ens. in tract. de Concept.

Beata Virgo blandè interpellat Magistrum si-  
nistrè de *Conceptione* meditantem. Quidam Magi-  
ster meditabatur aliqua contra *Conceptionem*  
Virginis MARIE, cui magna Parens apparens il-  
lum sic blandè objurgavit: Quid ergo unquam  
malè de te merui, ô Magister, ut meo honori  
officere mediteris? Quibus verbis commotus Ma-  
gister, suggestum conscendens totum se in laudes  
*Immaculati* mysterij effudit. Porrenus tract. de  
Concept. Sebastianus de Novaes mirac. 3. fol. 185.

Monialis ab infirmitate curatur. Soror Camilla  
Veronica Vicaria de terra Medicinæ Status Bo-  
noniensis, Monialis professa in Monasterio Sancti  
Joannis Baptistæ quod vulgo dicitur de Lucre-  
tæ, à magna febri, atque dolore stomachi ac alijs  
gravissimis infirmitatibus, à quibus supra mo-  
dum vexata semper jacebat in lecto, & à Physicis  
jam de salute desperata fuerat, cum hac Commem-  
oratione *Conceptionis*: *In Conceptione tua V. Imma-  
culata fuisti*: ora pro nobis Patrem cujus Filium pe-  
peristi, statim & miraculosè fuit curata. Examina-  
tum & authenticum extat hoc miraculum à Re-  
verendissimo Domino Vicario Generali Emi-  
nentissimi ac Reverendissimi D. D. Cardinalis  
Joannis Baptistæ Altieri Episcopi Tudertini, &  
à Marco Paulino de Aquasparta Notario Apos-  
tolico, &c. die Veneris quæ fuit 23. Decembris  
anni 1650. Vide P. Thomasius de Geraze, part.  
2. cap. 49. fol. 468.

Quædam fœmina Viterbiensis liberatur ab infir-  
mitate. Maria uxor Philippi Orfuci de Galerio  
habitatrix Parochiæ Sancti Lucæ civitatis Vi-  
terbiensis, cum esset tumore magno totius cor-  
poris totaliter impedita, ita ut nullo modo sese  
movere posset, & à medicis pro hydropefi con-  
firmata reputaretur, statim à prædicta infirmitate  
fuit libera & sana recipiendo suprapositam  
Commemorationem *Immaculæ Conceptionis*. Mi-  
raculum hoc fuit authenticatum & examinatum,  
anno 1651. die 11. Aprilis Pontificatus SS. in

Christo Patris D. D. Innocentii X. anno septimo  
per Reverendissimum Dominum Angelum Pi-  
nerium Vicarium Generalem Reverendissimi ac  
Eminentissimi D. D. Cardinalis Brancaccio Episcopi  
Viterbien. & Tuscanen. ac Laurentium  
Floretum Sabinum, Notarium Apostolicum,  
&c. Vide supra relatum Auctorem, fol. 471.

Alia fœmina ab infirmitate curatur. Domina La-  
tina de Brinonis nobilis fœmina Viterbiensis ha-  
bitans in Parochia Sancti Sixti ejusdem civitatis,  
à magna oris infirmitate & tumore, ita ut omnes  
dicerent & affirmarent esse periculosissimum can-  
cerum, libera & sana effecta est recipiendo & glu-  
tendo chartulam, in qua scripta erat Antiphona  
hæc: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti*, &c.  
ut ipsamet declaravit juramento præfatto coram  
supra relato Domino Angelo Pinerio Vicario  
Generali, anno 1651. die 21. Aprilis, Notario  
ac testibus ut supra. Ita prædictus Auctor, part. 2.  
folio 473.

Alia fœmina à magno dolore liberatur. Maria  
Joannis Baptistæ Vianni de eadem civitate Vi-  
terbij laborans infirmitate in coxa sinistra à  
qua propter acerbum dolorem die nocteque de-  
ambulando & quiescendo nullam habebat requiem  
aut sentiebat solatium, sumendo prædictam  
Chartulam & Commemorationem *Immaculæ Con-  
ceptionis* statim fuit sana & libera à relata in-  
firmitate, ut ipsamet examinata sub juramento &  
testibus declaravit coram eodem Vicario Gene-  
rali ac Notario Apostolico, anno ac die ut su-  
pra. Ita Thomasius de Geraze, part. 2. fol. 474.

Civitas Bruzani liberatur à terræ motu. In Pro-  
vincia Calabria una ex duodecim Regni Neapo-  
litani, anno 1638. die 27. Martij fuit magnus  
atque horribilis terræ motus, à quo quamplurimæ  
domus & Castella suppressa fuerunt: sed in rui-  
na illa generali civitas de Bruzano ob devotionem  
ad *Immaculatam Virginis Conceptionem* mirabiliter li-  
berata fuit. Eventum & modum cum omnibus  
suis circumstantijs narrat latissimè P. F. Thoma-  
sius Geraze Capuccinus, part. 2. de *Conceptione*,  
cap. 32. à fol. 286. usque 296.

Civitas Limentis etiam à terræ motu liberatur.  
In civitate Limentis (quæ aliàs civitas Regum no-  
minatur) in Regno Peruano fuit terræ motus mag-  
nus, ad annum 1627. die 27. Novembris circa  
horam undecimam, in eoque terræ motu quæ-  
dam imago *Immaculæ Conceptionis* (quæ erat su-  
pra portam Capellæ ejusdem *Conceptionis* apud  
Fratres Minores) multis cernentibus mirabiliter  
fuit conversa ad partem Altaris majoris sive ad  
sacratium ubi asservabatur Sanctissimum Eucha-  
ristiæ Sacramentum, quasi deprecans pro civi-  
tate illa & populo: Terræ motus verò, licet maxi-  
mus, nullum civitati intulit nocumentum, & ex-  
tunc Virgo illa seu imago dicitur del milago.  
Qui hæc eribit, testis est & sæpe sæpius in ipsa  
festivitate, quæ celeberrima est, conciones ha-  
bit ad populum.

Milites Hispani à magno liberantur periculo.  
Cum Milites Hispani essent in Bommelia ob-  
sessi, atque circumdati à navali classe inimicorum  
& absque ulla spe succursus, quidam miles Hispanus,  
dum ante contubernium quod Empleti tem-  
plo adscitum erat, terram ad munimentum fodisset,  
primos inter ictus tabulam detexit, in qua coloribus  
expressa erat *concepta Dei Genitricis* effigies.  
Accur-



Accurrerunt alij cum ipsorum Tribuno dicto Bovadilla tanquam ad effollum thesaurum, & mirantes operis novitatem, sibi certo persuaserunt non sine Dei numine eo loci & temporis (instabat namque privilegium *Marianæ Conceptionis*) cœlestem illam imaginem inter extrema laborantibus apparuisse, quam in templum intulerunt & inter Legionum signa collocarunt, proniq; omnes adorantes precabantur exercituum Matrem, ut ab illis hostium insidijs & extremo periculo eriperet. Votaque emiserunt, si tale reciperent beneficium, ejus se nomini mancipandos in perpetuum fore. Nocte, quæ *sacrum Virginis Conceptus accessit diem*, ventus adeo vehemens, ac præter modum frigidus invaluit, ut aquas, quæ per campos altos stagnaverant partim dispulerit, partim glacie acutissimè adstrinxerit. Unde Olochiani, alijque è vicinis Hollandiæ locis exultantius advecti, ad trahendum (uti ajebant) rete quo inclusos Hispanos fama vulgaverat, metu ne gelu comprehensis implexisque navigijs ipsi inter eos campos hæere velut oblessi cogentur, sollicitatis in Mosam remis periculo sese imminenti subtrahere. Magno itaque dolore iraque Hollandi sine fine lamentati ereptam sibi è manibus victoriam nullâ Hispanorum virtute, sed solum Dei minis, eo quidem die se Hispani professi patrocinio. . . Quin & abcessus ipse inimicorum clade non caruit. Nam Hispani qui manè congelata circa se omnia, atque abeuntem classem viderunt, adorata Dei Matre (cujus presentem opem experiebantur) haud se munitionibus tenentes, alij super Emplensem aggerem armati, si quæ per easdem aggerum scissuras se in Mosam tardè refererent hostium naves, continuo emissionibus fatigabant; alij stimulative viresque suggerente, quam diu collegerant, ira, ex aggeribus profluentes per inundatos duosque gelu campos, quoquo modo possent invadebant hostem, ac vivere nempe se atque ultioni pares ostendebant, donec digressa jam classe, securi liberique tantò præsentius agnovèrè Dei numen, quantò post diem ab hostium discessu alterum ozio mollem in temperiem verso; & gelu quasi munere persunctum suo, repente defluxit evanuitque: sicque Hispani milites non solum liberi, sed & triumphantes ope & auxilio *Immaculatae Conceptionis Virginis* ab illo magno & ingenti periculo evaserunt, vota que sua persolverunt substituto Sodalitio, sub titulo: *Milites illibatae Conceptionis Virginis MARIE*, Sodalitasque hæc, quæ in Belgio incepit, translato exemplo ad Hispaniam etiam pervenit, ibique altera fuit instituta teste Alphonso Vazquez. Vide miraculum hoc in *Famiano Strada Romano è Societate Jesu in Bello Belgico* decade 2. lib. 7. ad annum 1585. fol. 137. & in R. P. Henrico Jonghen in suo libro de Sodalitatibus.

Aliud. Bene novi sacerdotalem virum, qui in convivio quodam acerrimè & pertinaciter disputaverat contra *Immaculatam V. Conceptionem* sed domum rediens non modici pretij annulum aureum quem gestabat, mirabiliter perdidit, secumque postea cogitare cepit quòd meritò hoc molli permittente Deo nudatus erat, qui *dignissimam Matrem insigni privilegio Immaculatae Conceptionis* veluti pretiosissimo annulo tentaverat spoliare. Ita Moerbetus in *Introduct. tom. 2. fol. 141.*

In Monasterio Monialium Conceptionis Pontis amari cordis sub Cornelij Monte, an. 1649. die 10. Augusti, teste toto Clero ac populo, combusto toto Monasterio inter flammam undique præservata fuit ab omni macula ignis & fumiquædam imago *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE* picta super ligno plano & sicco cum titulo ejusdem Immaculatae Conceptionis, &c. ut refert testis oculatus Mathias Hauzeur in sua *Collatione Theologica*, fol. 457. col. 2. & 459. in principio.

Alabado sea el Santissimo Sacramento, y desmida y alabada sea la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios nuestra Señora, concebida sin mancha de pecado original. Relacion del milagro sucedido nuevamente en Roma, en la persona del Eminentissimo Señor Cardenal Rapaccioli, escrito por el Illustrissimo Señor D. Pedro Martinez Rubio, Arçobispo de Palermo, al Excellentissimo Señor Conde de Lemos y de Castro, en carta de 16. de Abril deste año 1657. en la qual dize su Illustrissima, que embia la verdadera Relacion, dictada por el mismo Eminentissimo Señor Cardenal, que traduzida de Italiano en Castellano; dice assi: El Eminentissimo Señor Cardenal Rapaccioli hallandose con supression de Orina por escuria superior en los riñones, que en Español es lo mismo que estangurria: se le diò à forber à su Eminencia por el Padre Joseph Rapi, Religioso de los Clerigos Regulares Teatinos un pedacito de papel, en el qual estaban escritos con letras menudas estos versiculos:

¶ In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.

R. Ora pro nobis Patrem, ejus Filium peperisti.

Fue forbido el dicho papelico con expresa declaracion del paciente, de no pretender sino el perfecto cumplimiento de la Divina voluntad. Agravòse el mal, llegando su violencia à las señales mas desesperadas; y habiendo recebido el Enfermo todos los Sacramentos, provaba ya ò experimentaba las angustias de la agonía, quando abriendose las vias esgravosas mas que para salir una piedra, se viò bien presto haver sido obra milagrosa del papelico forbido: por lo qual procurando atento reconocer esta verdad, hallò que la primer cosa à salir havia sido el papelico, dentro del qual venian siete piedras entre grandes, y pequeñas. El papelico torcido y rebuelto como estaba, apareció vestido, y candido de arena, fino que solo de una parte se descubrió un angulo de papel; para mostrar que estaba allí encerrado el papelico; este abierto y desdoblado fue hallado candidissimo, pero sin rastro alguno de las letras, y como sino hubiese estado quatro dias, sino por momentos en los vasos, y por las vias desde y por donde havia pasado. Esta es la pura verdad testimoniada aqui, para gloria de Dios, y de la de su santissima Madre. Hasta aqui la relacion dictada por su Eminencia, y añade el Señor Arçobispo de Palermo en su carta lo siguiente: Aora remito una relacion de lo que ha sucedido al Señor Cardenal Rapaccioli, el qual habiendo estado ya agonizando por una supression de orina, tomò en la bebida un billete, como en la Relacion se dice, y segun debemos juzgar, sanò milagrosamente; y puedo assegurar à V. Excel. que esta dictada por el mismo Cardenal, y que los Medicos y personas entendidas reconocen por nuevo milagro, que



que el billete pudiera salir por aquellas vias, y que el Cardenal aya vivido, haviendo echado despues quarenta y dos libras de orina. Havia recibido la Extrema uncion, y buelvo à decir, que estaba en las agonias de la muerte. Y mas abaxo dice el Señor Arçobispo. Y no he querido traducir la Relacion, porque parece esta harto clara, aunque mas concisa de lo que quisiera. Y es de advertir, que aora tres años, en tiempo del Papa Innocencio, sucedió otro caso como este à una Monja Capuchina, y no se permitió recibir informacion del, aunque las Monjas, y el Confesor lo instaban, pero viven todos, y se cree que aora se recibira. El Señor Conde de Lemos ha escrito la norabuena del milagro recebido al Señor Cardenal Rapaccioli, y representadole suplique à su Santidad de nuestro muy Santo Padre Alexandro VII. se sirva de mandar se reciba informacion, y se examine por la Sagrada Congregacion de Ritos, para que constando segun ella, se sirva su Santidad de aprobarle. Y para la exaltacion del santo mysterio de la Immaculada Concepcion, y para salud espiritual y corporal de los fieles en qualquier enfermedad que padezcan, se ha impresso, por la devocion del dicho Excell. Señor Conde de Lemos este papel, advirtiendo, que para tomar mas facilmente la materia, en que escriban los dichos versiculos, plastica su Excellen. que sea en un poco de oblea blanca, pero antes diga el enfermo vocalmente, y sino pudiere sea mentalmente, y si esto tampoco pudiere, diga otra persona por el las oraciones siguientes. Y despues podra tragar, ò forber la hostia, ò materia en que vayan escritos dichos versiculos procurando sea con toda Fè, y resignacion, pero por lo menos procure decir con la boca, ò con el coraçon los dos versiculos, aunque lo de mas no lo diga, ni otro por el: *Quàm pulchri sunt gressus tui filia Principis: collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui divini & comæ capitis tui sicut purpura Regis, quàm pulchra es & quàm decora charissima! Alleluja.*

*V. In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.*

*R. Ora pro nobis Patrem cuius Filium peperisti.*

Orenus. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti; quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævula eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen. *Immaculata MARIE Virginis Conceptio, sit nobis semper salus & protectio.* Aqui dira si pudiere siete Pater nostros, y siete Ave Marias, tres à la purissima Concepcion, uno à San Joseph, otro à S. Joachim, otro à Santa Ana, y otro por las Animas de Purgatorio. Toda esta devocion con otros muchos milagros trahe en un libro impresso en lengua Italiana el Reverendo Padre Fray Thomas Galliaro de Gerace Religioso Capuchino, y lo intitula: *El Diamante MARIA Virgen concebida sin pecado original*, con efectos, hazia el año 1628. y siguientes, y esta impresso en la ciudad de Mecina, Reino de Sicilia, por los Herederos de Pedro Brea año 1650. Soli Deo honor & gloria, & Deiparæ Virgini sine labe peccati originalis conceptæ. Impress. en Sacer. en la imprenta de Hieronymo Castelvi, Aguilò & Logu, por Antonio Sequie. Con licencia del Ordinario.

Miraculum extractum ex Pietate Lugdunensi erga Deiparam Immaculatè conceptam. Nuperimè Romæ in monte Quirinali, è regione Pontificij Palatij Monialis ex Ordine Capuccinarum gravissimè ex calculo laborans, à Confessario ex eodem Ordine, chartulam parti malè affectæ extrinsecus admovendam accepit, cui hoc lemma erat inscriptum: *Immaculata Conceptio S. Genitricis Dei MARIE.* Sed Monialis actu non contenta, chartam glutivit effectû, quem exprimitur hi versiculi Hieronymi Petrucij venâ:

*Virgo laborans calculo chartam vorat,*

*Conceptio Immaculata quam scripto vorat.*

*Charta involuta, quam prius voraverat,*

*Duos repentè calculos Virgo parit,*

*Inscriptione colligatos calculos,*

*Conceptio Immaculata Pracones facit;*

*Conceptionem labis expertem negas?*

*Lapides loquuntur; lapidis hoc verbum sat est.*

Calculolæ momentaneam curationem excepit similiter facta alterius Monialis in eodem Cenobio hydropè laborantis curatio; adhibito eodem chartaceo malagmate. Tentata est tanti divini operis obscuratio, per captatas postea... ab ijs, quos tantus Immaculati Conceptus, in illis præsertim adjunctis, splendor perstringebat. Sed narratio variorum omni exceptione majorum testium literis firmata est & quaeversum per orbem sparsa tamquam indubitata.

Joannes Nadafi Societatis Jesu Italus, in quadam Epistola scripta ad Reverendissimum Patrem Guilielmum de Ibael data 1653. 1. Feb. refert duo Miracula, quæ contigerunt Romæ, anno 1652. cuius verba ad litteram sunt: *Immaculata Conceptionis titulo, anno 1652. 9. Octobris, non parum accessit gloria; quidquid contradicant ij, qui titulo illi infensu sunt. Frater Clemens de Ofimo Capuccinus, Capuccinarum in monte Quirinali Confessarius, & tres ibidem Moniales jurata fide affirmant Sororem Columbam ibidem sæpe multum opis expertam, ex eo quòd inter dolores frequentes & varios piâ fide glutiverit schedulam his verbis chartæ impressæ inscriptam: In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti. Ora pro nobis Patrem cuius Filium peperisti. Hæc extremis calculi lateris exulcerantis doloribus in rabie acta, ea agit, quæ solet furialis dolor. Ubi ad se redijt, unam ex illis schedulis glutivit, alias Virgini deditissima. Confessarius Antiphonam & Orationem de Immaculata Conceptione ex Vesperis festi illius, juxta usum Ordinis Capuccinorum, recitavit: & sæpe repetitis dictæ schedulæ inscriptis verbis, alijsque precibus, in virtute Immaculatae Conceptionis magnæ Virginis, petra seu calculo imperavit ut exiret. Abijt ad Mautinum Pater, tribus illis juratis Monialibus apud ægram relictis; & ægra minore longè, quàm unquam hæcenus id fecerat labore, tres calculos eiecit: quorum primus minoris, secundus majoris instar fabæ fuit; tertium columbino ovo contracto mole parem fuisse ajunt. Schedula, quam glutiverat, duobus posterioribus calculis circumvoluta & salva omnino exivit, ita ut reliquis partibus involutis ac latentibus, duo hæc Immaculata & Filium, ita calculo accommodata legantur etiamnum, ut planè quasi ex industria sic ad legendum visa sunt divinitus collocata. Ita oculati & jurati.*



Auditus rei gesta successus Veronicam ibidem Religiosam frigido quodam & hydropico tumore toto ventre tumidam, cum à medico nihil auxilij experiretur, in spem erexit ut similem schedam & ipsa magnâ erga Immaculatam Deiparæ Conceptionem fiducia glutiverit, eo pretio pietatis, ut stictim & frigus & tumor omnis abscesserit. Et illa jam sana, jurata testis est beneficij accepti. Hæc do fide, quia accepi ex Italico illius testimonio, qui calculos illos vidit & schedam, ac verba illa legit.

Aliud in Belgio in Oppido Athenis, anno 1653. die 4. Maii in eadem Epistola. Habitabat propè Collegium Societatis Jesu cum matre viduâ paupere adolescens Athenis Jacobus Crocque nomine, annorum 16. qui jam ab annis octo gravissimis calculi doloribus vexabatur & à Februario penè continenter, adeoque acutis, ut miserabiles voces tamquam è tortura emittens, viciniam totam ac domum nostram horrore & commiseratione impleverat. Dum ita cruciatur, ipso die Parasceves 11. Aprilis Sacerdos è Societate Jesu motus commiseratione simul ac fiducia in B. Virginem Immaculatam conceptam, derrepente in viciniam ejus domum advolat, hortatur ut fiduciam habeat in B. Virgine Immaculatâ eamque invocet, fore ut ejus auxilio liberetur. Enarrat quod in Italia anno superiore acciderat, simulque schedulam tradit transmittendam in Itomachum ubi scriptum erat: In Conceptione tua Virgo Immaculata passisti: ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti. Ex eo Jacobus animos capere & imminui dolores, intervalla mitiora nancisei. Sub finem Novembris reptare ad Collegium cepit, qui antea lecto affixus aut sedi, ferè semper corpore in laevo sinistram prorecto & procurvo hærebat. His initijs Jacobus & Sacerdos arrecti fiducia maiore alterum novennale auspiciantur. Itaque leviter indies amplius, & quotidie ad Collegium venire, schedulam deglutire, repetitis tertio ijs, quæ in ea scripta erant, addens hæc Gallica non sine affectu, sensuque pietatis: *O tres-Sainte Vierge de Dieu par vostre Immaculée Conception assistez moy, aydez moy, guerissez moy.* Ergo post 2. aut 3. hebdomas iterati novennalis diem, urinam facilius reddere, neque guttatim, nec cum dolore ut antea. Quarto die expurgans miratus est calculum descendisse ad collum vesicæ, ubi & substitit ad duos tresve dies. Exploravit eum chirurgus tactu deprehenditq; esse ad ovi Gallinacei crassiciem, affirmans aut adolescenti moriendum, aut ferro lapidem educendum. Ipse interim Jacobus difficulter incedere, difficilius sedere, donec die novennalis ultimo id est 4. Maii tuberis lapidei durities omnis dissolvi cœpit, & per minores calculos & arenam egredi cum urinâ, sed absque dolore ullo. Jamque vegetus & sanus perstitit, sese præparat ad gratiarum actionem in templo Societatis, ubi Sacram Eucharistiam sumpturus est. Deus sit benedictus ac B. Virgo eius Mater Immaculata.

**M I S S A L E** ad usum insignis Ecclesiæ Abrincensis nuper emendatum ac revivum cum additione plurium Officiorum, &c. 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ Mariæ* triplex, quam notationem Collum ponit in illo Mense pro die Nativitatis Domini. Et folio 124. de *Conceptione Beatæ Virginis Mariæ* ad Missam, Officium & cætera ut in Nati-

vitæ ejusdem, & Impress. Rothomagi 1505. in 4. per Magistrum Martinum Morin.

Alenensis: *Conceptio Beatæ Virginis Mariæ* cum rubricis litteris. Extat manuscrip. in eodem Monasterio in Brabantia.

Sancti Amandi Monasterij Benedictinorum Diocesis Tornacensis, die 8. Decembris: *Conceptio Sanctæ Mariæ Virginis summum minus.* Item, aliud Missale ejusdem Monasterij: *Conceptio Beatæ Virginis Mariæ duplex.* Item, aliud: *Conceptio Beatæ Mariæ* Missa in cappis. Omnia sunt in Bibliotheca ejusdem Monasterij manuscrip. characteribus antiquis in pergamento folio, & habent hanc festivitatem rubeis litteris.

Ambianensè Parisijs 1555. & 1614. *Conceptio B. Mariæ duplex*, & magnum duplex in manuscrip. apud Patres Societatis Jesu Bruxellis. Et fol. 322. in Prosa de *Conceptione*, quæ incipit: *Salve sponsa delectatis*, inquit: Tu à Deo fabricata, in *Conceptu præservata, nulla trahis scelera.* In folio.

Juxta morem Sanctissimi Doctoris & Pontificis Ambrosij noviter impressum, folio 12. Eodem die *Conceptio Beatæ Mariæ Virginis*: Latetur omnes, &c. de *cujus Immaculatâ Conceptione* gaudent Angeli, &c. Impress. Mediolani 1560. in Bibliotheca D. D. Cardinalis Barberini.

Secundum institutionem Sanctissimi Pastoris Mediolanensis Ambrosij, &c. folio 175. de *Conceptione Beatæ Virginis Mariæ*, super populum; Supplicationem fervorum tuorum, ut qui in *gloriosa Conceptione*, &c. Impress. Mediolani 1548. in 4.

Ambrosianum Galpari S. E. Mediolanensis Archiepiscopi visu recognitum & editum, folio 191. in festo *Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis* Ingressa seu Introitus: Latetur omnes in Domino diem festum celebrantes ob honore *Beatæ Mariæ Virginis de cuius Immaculatâ Conceptione* gaudent Angeli, &c. In Oratione *Gloriosa Conceptione* appellatur. In Præfatione: Recensemus *præclarissimæ Conceptionis diem*, quo gloriosissima Dei Genitrix intemerata Virgo *Maria*, &c. Alia ut in Missali Ambrosiano. Impress. Mediolani 1594. in Bib. D. D. Cardin. Barber.

Item, extat aliud sub eisdem verbis: In festo *Conceptionis Virginis Mariæ*, editum jussu D. D. Cæsaris S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopi Mediolanensis, folio 365. Impress. 1640. in folio.

Ad usum insignis Ecclesiæ Andegavensis peroptimè ordinatum, ac diligentè cura castigatum, &c. In *Conceptione Beatæ Virginis Mariæ* ad Missam Introitus: *Gloriosa Virginis Mariæ Conceptionem* hodiernam devotissimè celebremus, cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Kyrie Virginis amator inclyte Pater & Creator *Mariæ* eleison. Oratio: *Famulis tuis.* Epistola: *Ego quasi vitis.* Prosa: *Dies iste celebretur*, &c. Est Missa rara & specialis. Impress. Rothomagi 1543. in 4.

Secundum usum Ecclesiæ Andegavensis, die 8. Decemb. *Conceptio Beatæ Mariæ*; fiat totum officium sicut in Nativitate ejusdem, mutando nomen Nativitatis in nomen *Conceptionis*, & habet profram particularem, quæ incipit: *Dies festâ celebretur*, &c. Manuscr. in Biblioth. D. Fucquet.

Annuntiarum: *Conceptio B. Mariæ Virginis.* Antuerpiæ 1626. in 4.

Antisiodorensè, auctoritate Francisci de Tincta villa Episc. *Conceptio* solemne sine occurrentijs. Parisijs absque anno.

Antiquum, juxta ritum S. Romanæ Ecclesiæ, absq; anno



anno & loco impressionis in folio existens in Conventu S. Hieronymi Matriten. in Prosa ad Virginem, fol. ultimo sic inquit:

*Sine culpa originali  
Te concepit mater Anna  
Ex Ioachim, neq; falli  
In hoc potest fides sana, &c.*

Antiquum in charta pecorea manu sc. secundum consuetudinem Romanæ Curie, ad diem 8. Decembris rubris characteribus: *Conceptio B. MARIE*. In Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 1857.

Antiquum Romanum absque anno & loco impressionis, quia deest principium & finis, fol. 248, habet hanc rubricam: *Sequuntur nunc decem Missæ ejusdem Beatæ MARIE Virginis, juxta decem festa ejusdem. Prima Missa de Conceptione. Introitus: Egredimini, &c.*

Antiquum in charta pecorea manu sc. rubris characteribus, ad diem 8. Decembris: *Conceptio Beatæ MARIE duplex maius*. Extat in Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 1860.

Antiquum manu sc. in charta pecorea: *In Conceptione Beatæ Virginis MARIE Introit. Salve Sancta Parens. Oratio: Deus, qui Conceptione V. MARIE incepisti janua humani generis aperire, &c.* In Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 1855.

Antiquum manu sc. per Presbyterum Cœnobium Mosquinum: *In Conceptione Virginis MARIE Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam, &c.* In Bibliotheca D. D. Card. Barber. num. 324 in charta pecorea.

Antiquum, secundum ritum Ordinis Prædicatorum, ad diem 8. Decembris: *Sanctificatio Beatæ MARIE Virginis totum duplex, rubris characteribus*. In Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 325, in charta pecorea.

Antiquissimum manu sc. *Missæ de Conceptione B. Virginis: Gaudeamus omnes. Oratio: Supplicationem, &c.* In Biblioth. D. Prædis Foucquet in folio.

Antiquum manu sc. existens in Bibliotheca Patrum Tertii Ord. Conventus de Nazareth Parisiis die 8. Decembris: *In Conceptione: Gaudeamus. Oratio: Deus ineffabilis. Epistola: Facta est super me manus Domini, &c.*

Antiquum absque anno & loco impressionis in Conventu S. Augustini Burdegala, *Missæ: Egredimini: sicut nos omnia, & ad ultimum quinque Profas pulchras & antiquas pro eodem mysterio.*

1. *Cor devotum elevetur, & devote celebretur Virginis Conceptio.*
2. *Dies leta celebretur, in qua pie recensetur MARIE Conceptio.*
3. *Salve sponsa Dextris, MARIA sors pietatis, Angelorum Domina.*
4. *Salve Mater Salvatoris, vas electum, vas honoris, vas caelestis gratia.*
5. *MARIE Conceptio ex semine Regio mundum replet gaudia propter Christum.*

Antiquum manu sc. pulcherrimis characteribus, in part. æstivali 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis annuale rubris litteris, quam notationem annuale in illo Mense solum ponit in Nativitate Domini*. In Biblioth. D. D. Card. Mazarini in charta pellicea.

Atrebatense, ut ad ejus finem dicitur: *Ad laudem Omnipotentis ejusque intemeratæ Genitricis & Virginis MARIE totiusque Curie caelestis,*

in ejus honorem intitulata est Atrebaten. Ecclesia. Impress. est hoc opus novissime emendatum anno nostræ salutis 1517. die vero ultima mensis Martii ante Pascha, impensis Joannis Lagache & Antonii filii ejusdem Bibliopolarum manentium Atrebaten. in quadrio parvi fori juxta domum villæ & lanienas officinas, ad interfignum Joannis Evangelistæ. Et in proprio de Sanctis, folio 2. *In Conceptione Beatæ Virginis MARIE*. Extat in Mill. duplex. Atrebaten. 1508. & 1518.

Avelinense, existens manu sc. in Biblioth. S. Vedasti Atrebaten: *Conceptio B. MARIE Virginis dupl.* Habet etiam Breviarium, & est officium singulare.

Ad ulum Ecclesiæ Aurelianensis, 6. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ MARIE annuale, & dupl. per Diocesim, rubris litteris*. Et folio 4. *In Conceptione Beatæ MARIE Virginis fit totum sicut in Nativitate ejusdem, &c. Gaudeamus. Oratio: Familis tuis, Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Dies festus celebretur, &c.* Impress. Parisiis impensis Engelberti de Marneffe & Joannis Guiart 1522. in 4.

Basileense, sive ex Decreto Basiliensis Concilii *Missæ talis fuit (ut dicitur in rubrica Missæ) Officium de Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Introitus: Gaudeamus omnes, &c. Oratio: Omnipotens sempiterna Deus, qui Conceptionis diem, &c.* Extat in Missali ad ulum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. Impress. Lugduni 1542. in 4.

Benedictinorum: *In Conceptione Beatæ Virginis Missæ: Gaudeamus omnes, &c.* Impress. Rothomagi 1513. in 4.

Ad ulum insignis Ecclesiæ Briocen. soletter emendatum, &c. *In Conceptione B. Virginis MARIE ad Missam Introitus: Gaudeamus. Oratio: Deus qui B. MARIE semper Virginis Conceptionem Angelicæ prænuntiatione parentibus ipsius prædixisti, præsta familiæ tuæ .... ubique munit, ejus sacræ Conceptionis solemnia congruâ frequentatione veneramur, &c.* Prosa: *Dies iste celebretur. Factum anno Domini 1443. & impress. Rothomagi 1543. in 4.*

Brugense Missale Sancti Donatiani, adducit officium proprium cum Hymno speciali *de Conceptione Virginis MARIE*. Vide Verb. Tornacense apud Antonium Balinghen in Parnasso Marian. folio 4. Item, aliud manu sc. anno 1420. folio 190. *In Conceptione Virginis MARIE Missæ: Gaudeamus. Ibris apud Augustinianos in pergameno folio.*

Cameracensis Ecclesia habet manusc. antiqua sequentia. *Missale: Conceptio S. MARIE Virginis. Missale: Conceptio Beatæ MARIE Virginis novem Lektionen, rubris litteris. Breviarium: Conceptio Beatæ MARIE Virginis novem Lektionen, rubris litteris. Missale: Conceptio S. MARIE Virginis. Incipit ordo secundum consuetudinem Romanæ Curie. Conceptio S. MARIE Virginis majus duplex, rubris litteris, & majus duplex solum est in die Nativitatis illo mense. Missale: Conceptio S. MARIE, viridibus litteris, sicut in Nativitate. Missale: Conceptio S. MARIE magnum dupl. sicut in Nativitate. Missale: Conceptio B. MARIE Virg. rubris litt. Gaudeamus. Supplicationem. Ego quasi vitis. Missale: Conceptio S. MARIE Virg. rubris litt. Ceremoniale: Conceptio S. MARIE 9. Lektionen, rubris litt. Missale: Conceptio S. MARIE Virg. 9. Lektionen, rubris litteris. Gaudeamus. Collecta: Supplicationem. Epist. Egredietur. Sequentia: Mitit ad Virginem, &c.*

Secundum usum venerabilis Ecclesiæ Cameracensis:



racensis: *Conceptio B. MARIE* fol. 4. De *Conceptione B. MARIE* ad Missam Introitus ter dicendus: Gaudeamus. Oratio: Famulis tuis, &c. 1507. in 4. Cameracensis: *Conceptio B. MARIE Virg.* Parisiis 1527. & aliud Parisiis 1542.

Canon sive Missa Æthiopum, quando Sacerdos ponit incensum in thuribulo, dicit oratio ad Virginem *MARIAM*. Ora pro nobis apud Deum, ut misereatur animæ nostræ. Ora pro nobis in conspectu throni Filij tui *Jesu CHRISTI*, lætare *Immaculata* verè Regina, lætare gloria nostrorum parentum, &c.

Item, quando Sacerdos benedicit populum: Custodi eos in recta fide & in gloria omni tempore, & fac ut ferveant ineffabili & inexcogitabili charitate per preces ac intercessionem, quam pro nobis facit Domina nostra sancta & *Immaculata* Virgo *MARIA*.

Item, quando Sacerdos elevat Sacramentum dicit alta voce: Hoc est Corpus & Sanguis Domini nostri *Jesu CHRISTI*, quod & quem assumpsit ex Domina nostra sancta & *Immaculata* Virgine *MARIA*, & univit cum divinitate sine mixtione aut copula carnali, &c.

Item, in modo baptizandi, precibus & benedictionibus & orationibus, quibus utuntur in Sacramento Baptismi & Confirmationis, vocant Virginem *MARIAM* plenam gratiâ, & in omnibus sanctam ac puram; ut videre est in libro de Missa seu Canone universali Æthiopum. Impress. Romæ 1549. in 4.

Canonicorum Regularium: *Conceptio S. MARIE Virginis* duplex majus. Impress. abique anno duplicat. & in manus. totum duplex. Missa: Egre-  
dimini. Extat Ipris apud Augustinianos, in fol.

Officium Canonicorum Regularium S. Crucis Coloniens. habet hanc rubricam: In *Conceptione B. MARIE* fiat officium præcisè sicut in Nativitate ejusdem, mutato dumtaxat vocabulo Nativitatis in nomen *Conceptionis*; & dicantur istæ Lectio-  
nes: Anselmus Cantuariensis, &c. Extat in eodem Monasterio Coloniæ manus. in 4.

Cruciferorum: *Conceptio Beatæ MARIE Virginis* totum dupl. Missa: Gaudeamus. Quam rubricam habent Diurnale & Breviarium ipsius Ordinis existentia manus. Huy in primaria Domo; & Breviaria sunt impress. Leodii 1594. in 4. & 1624.

Canonicorum D. Eligij Missale habet Missam propriam cum Hymno speciali de *Conceptione Virgini MARIE*, quem adducit Ant. Balingen in Par-  
nasso Mariano, fol. 4. Vide verb. Tornacense Missale.

Carmelitarum manus. à R. P. Priore Generali Magistro editum: *Conceptio V. MARIE* dup. majus, ut in Nativitate, & cum octava. Gaudeamus. Orat. Supplicationem. Romæ 1640.

Carmelitarum tria Missalia manus. Coloniæ apud ipsos in pergamento: *Conceptio Absque originali peccato B. Virginis MARIE*. Item, in Calendario, & in Diurnali manus. cum octava.

Carnotense: *Conceptio V. MARIE* 9. Lectio. duplex solemne, sicut in Nativitate. Missa: Gaudeamus. Habet imaginem *Immaculatæ Conceptionis* cum attributis. Ipris.

Carthusiense Missale, fol. 119. In *Concept. Virg. MARIE* omnia sicut in Nativitate ejusdem, &c. Parisiis 1520. in 8. & 1541. Lugduni 1587.

Item, aliud secundum Ordinem Carthusiensium

6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis* Candelarum, rubeis litteris; & hæc nota Candelarum solum ponitur in die Nativitatis. Et in rubrica: Quando festum *Conceptionis B. MARIE* accidit in Dominica, transfertur ad diem primò vacantem cum candelis & refectorio. Et in Missa dicitur Gloria in excelsis. Impress. 1504. in fol. & Lugduni 1517. & Venetiis 1509.

Item, aliud secundum morem Ordinis Carthusiensis, 6. Idus Decembris: *Conceptio B. V. MARIE* Candelarum, rubeis litt. & folio 119. In *Conceptione Beatæ MARIE Virginis* omnia sicut in Nativitate ejusdem mutato nomine Nativitatis in nomen *Conceptionis*, & dicitur Gloria in excelsis; & si incidit in Dominicâ, transfertur in sequentem diem, cum candelis quoad Monachos tantum. Impress. Parisiis 1541. in 8. 1531. & 1551. Est etiam manus. Coloniæ antiquum.

Monasticum secundum ritum & morem Monachorum Congregationis Cassal. Benedict. fol. 11. In *Conceptione gloriose Virginis* Introitus: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem. Epistola: Dominus possedit me, &c. Rothomagi 1513. duodecimo Kal. Aprilis.

Callunensium: *Conceptio* duplex majus. Venetiis 1521. in folio.

Cisterciense, folio 227. de *Conceptione V. MARIE* sicut in Nativitate. Impress. Parisiis 1516. in 4. & 1588. & 1584. & 1606. in folio.

Cisterciense Monasterii de Laude prope Insulas: *Conceptio B. MARIE* 12. Lectio. sicut in Nativitate. Et aliud cum eadem rubrica manus. ibid. Et aliud Brugis in Monasterio Dunensi antiquissimum cum rubrica manus.

Cluniacense: In *Conceptione Beatissime V. MARIE*: Gaudeamus omnes, &c. Oratio: Famulis tuis. Prosa: Dies ista celebretur, in qua prærecensetur *MARIE* *Conceptio*. Impress. Parisiis 1550. in folio.

Item, aliud ad usum percelebris Monasterii Cluniacensis, &c. fol. 90. In *Conceptione Beatissime MARIE* Introitus: Gaudeamus. Collecta: Supplicationem. Prosa: Alle-cæleste, necnon & perenne-luya. Est particularis. Impress. Rhemis 1556. in folio.

Coloniense Missale, habet Missam & Hymnum pro *Conceptione Virginis MARIE*, ubi plura pro mysterio, & sic concludit:

In *Conceptione Matris,*  
IESV bone, cunctis  
Gentibus sis solamen, &c.

Alia vide apud Antonium de Balinghen in Parnasso Marian. fol. 21. Et impress. Coloniæ 1509. fol. 164. Missa: Gaudeamus, & in manus. anno 1484.

Dernense 6. Idus Decembris: *Conceptio Virginis MARIE*: Gaudeamus omnes in Domino. Oratio: Deus ineffabilis misericordiae, &c. Manus. in Biblioth. Fullensium Parisijs.

Dunense S. Bernardi: *Concept. Beatæ Virginis MARIE* 12. Lect. & duæ Missæ, & alia ibidem num. 10.

Edunense: *Concept. Beatæ Virginis MARIE* quadrum, cum octava solemni. Duo officia, Sixti IV. & alterum sicut in die Nativitatis. Paris. 1530. in 8.

Floresiense Missale: *Conceptio*. Et Breviarium manuscriptum, cujus rubrica est: In festo *Conceptionis Beatæ MARIE Virginis* debet fieri sicut in Nativitate ejusdem; videlicet quòd ubicumque fit mentio de Nativit. in Antiph. Responsor. Orat. & Horis, fiat mentio de *Conceptione*. Lectioes dicentur

Y y

centur



centur, prout inferius continentur. Ad Vesperas, Ant. Hæc est regina Virginum, Extat in charta pellicea in 4. ibidem.

Inviolata reformationis Fontis Ebraudi dictatū concordi omnium Conventuum contentū per præstantissimos Ordinis Patres tum sacris doctrinis, tum probis moribus non mediocriter præditos, Parisiis tertium & emaculatum. 6. Idus Decemb. *Conceptio Beate MARIE Virginis* majus duplex cum Cruce, rubeis litteris. Et in proprio Sanctorum, fol. 3. *Conceptio Virginis MARIE* Missa matutinalis de festo sine Prosa. Major Missa Introitus: Gloriosa Virginis MARIE *Conceptio* nem hodiernam devotissime celebremus, &c. Oratio: Deus ineffabilis. Prosa: Dies ista celebretur, &c. Impress. Parisiis 1534. in folio & 1606. ibidem.

Fullense antiquissimum, die 8. Decembris *Conceptionis Beate MARIE* duplex rubeis litteris. Et est pars æstiva tantum manuscript. in Bibliotheca D. D. Cancellarij Parisien. in folio. Et in Prosa Missæ de Præsentatione B. V. habet hæc verba inter alia:

*Regis summi gratiâ*

*Vt detur eis filia*

*Gratiosiora.*

*Ea verò consecrata*

*Miro modo generata*

*Gignet mirabilis, &c.*

Gallicanum ad consuetudinem Ecclesiarum Sicularum, & præcipue Messanenſis, &c. fol. 243. *In Conceptione B. MARIE V.* & per octavâ Introitus: Gaudeamus omnes. Offertorium: Fulget dies hodierna, digna laude sempiterna, qua concepta est *MARIA*, per quam parit vitæ via, germine regali, nec non & Pontificali absque nota originali Alleluia. Item, infra fol. 244. habet hanc Rubricam: *In Conceptione ejusdem* alia Missa per Sixtum IV. Pontificem Max. Introitus: Egredimini, &c. Impress. Venetijs 1568. in folio in Biblio. D. Card. Barber.

Gallicum antiquissimum: *De Conceptione Beate MARIE* duplex die 8. Decembris aureis litteris. Et in corpore: *In Conceptione B. MARIE* officium: Gloriosa Virginis MARIE *Conceptionem* hodiernam devotissime celebremus. Oratio: Supplicationem, &c. Epistola: Ego quasi vitis. Evangelium: Liber generationis, &c. Est manusc. in Biblioth. D. Fucquet in 4. & charta pellicea.

Ad usum Ecclesiæ S. Genovefæ Canonicorum Regularium S. Augustini Parisien. 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis* duplex, rubeis litteris. Et in corpore: *In die Conceptionis Virginis MARIE* ad Missam matutinalem Prosa: Mittit ad Virginem non quemvis Angelum, &c. Manusc. in Biblioth. ejusdem Monasterij antiquis characteribus in charta pellicea.

Item, ibidem aliud Missale ejusdem antiquum manusc. habet ut supra.

Halberstatensē: *Conceptio*. Impress. 1510. in 8. Hispalensē, folio 236. *In Conceptione Beate MARIE* dicitur officium: Gaudeamus omnes, &c. Impress. 1534. Sancti Isidori Missale mixtum secundum Regulam Sancti Isidori seu Mozarabe, fol. 413. *In Conceptione Beate MARIE*. Impress. 1500.

Legionensē, impress. Salmanticæ 1488. in fol. *De Conceptione Virginis* prima Oratio: Deus, qui hodiernam diem *Conceptionis B. MARIE Virginis* & Matris tuæ per Angelum tuum revelare dignatus

es; concede propitiis, ut *quâ Conceptionis ejusdem solemniam* celebremus, sub eius semper protectione vivamus. Per eundem, &c. Orat. 3. Omnipotens sempiternus Deus, qui hodierna die, humane fragilitati condolens, eique misereri clementer decernens, gloriosam Beatissimam Virginem *MARIAM* Matrem tuam incarnari voluisti, præsta quæsumtis, ut *ejus festivitate sanctam Conceptionem* celebremus in terris, ipsa nobis misericordiam tuam te jubente jugiter obtineat in cælis. Per Dominum, &c.

Ad usum Lemovicensis Ecclesiæ peroptimè ordinatum & de novo correctum: Incipit Missale secundum usum insignis Ecclesiæ Lemovicensis, die 8. Decembris: *In Conceptione Beate MARIE* officium: Gaudeamus omnes in Domino, &c. Oratio: Deus, qui *Conceptionem B. MARIE Virginis* Angelico vaticinio parentibus prædixisti, præsta huic præsentis familiæ tuæ ejus præstis muniri, *cuius Conceptionis sacra solemniam* congruâ frequentatione veneramur. Per, &c. Epist. Dominus possedit me. Resp. Benedicta & venerabilis es. Prosa: Ave gloriosa, &c. Evangelium: Liber generationis, &c. Et ad ultimum inter festivitates principales habentes Prosam, habet etiam *in Conceptione Beate Virginis*, sic: Gaude flore virginali, honore quæ speciali transcendis splendiferum, &c. Est antiquum Missale ab hoc anno impressionis, quia deest finis. Extat apud Benedictinos Burdegala.

Leodiensē Missale antiquum adducit officium & Missam cum Hymno speciali *pro Conceptionis festivitate*, ut videre est apud Antonium de Balnagen in Parnasso Mariano, fol. 6. Vide verò Trajectensē. Vide etiam Breviarium impressum Antuerpiæ 1500. in folio, ubi ponitur festivitas summum dupl. & Missale Parisijs 1540. & in alio impress. Spiræ 1502. & 1540. *Conceptio* totum duplex, &c. 1552. in fol. & in alio impress. Parisijs 1507.

Item, ad usum Diocesis Leodiensē: *In Conceptione Beate MARIE Virginis*: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem servorum tuorum: Epistola: Ego quasi vitis. Sequentia: Ave mundi; vel: Dies iste celebretur. Impress. Parisijs 1613. & 1515. in fol.

Lugdunensē Missale antiquum, fol. 229. *In Conceptione Beate MARIE Virginis* require totum officium in festo Nativitatis *MARIE*, sed mutatur nomen Nativitatis in nomen *Conceptionis*. Et adducit hanc Prosam: Ave *MARIA* gratiâ plena, &c. in qua vocat eam *rosam sine spinis*, &c. Impress. Lugduni 1556. in folio. Et Colonia 1486. in folio magno.

Madeburgensē: *In Conceptione Virginis* Missa: Gaudeamus. Extat Colonia.

Marchianensē MS. *Conceptio Desipere Virg. MARIE* duplex, sicut duo Missalia antiqua MS. *Conceptio principale*. Alia duo antiquissima idem, & alia duo Missalia antiquissima *Conceptio*. Item, Missale monasticum MS. antiq. *Conceptio. S. MARIE* præcipuum.

Canonicorum Regularium S. Martini Lovanijs MS. in eodem Monasterio in charta pellicea, hæc habet ad finem: Anno Domini 1477. per manus Fratris Thomæ de Kempen, fol. 103. *In Conceptione Beate MARIE Virginis* Gloria in excelsis dicitur. Collatio: Supplicationem. Sequentia: Ave *MARIA*. Cætera per totum sicut in Nativitate ipsius, excepto quod nomen Nativitatis mutatur in nomen *Conceptionis*. Item, aliud ejusdem Monasterij ibidem



ibidem fol. 182. In Conceptione Virginis *MARIE* Gaudeamus. Oratio: Supplicationem. Epistola: Ego quasi vitis.

Mercedis B. M. manuscript. *Concep.* 2. classis cum octava. Rubrica: In festo Immaculatae Conceptionis. 1644. in fol. magno.

Mindenise, fol. 245. *Conceptio*. Missa: Gaudeamus. Collecta: Deus, qui de Beata *MARIE* Virginis. Altera: Deus, qui gloriosam Virginem *MARIAM* mirabiliter concipi voluisti, & ut esset Mater unigeniti filii tui ante saecula praevidisti, &c. Nurembergae anno 1513. in fol.

Minorum Fratrum: In festo Conceptionis Beatissime Virginis *MARIE* duplex. Missa dicitur ut in die Nativitatis ejusdem mutato nomine. Infra octavam, & in Missis votivis Conceptionis B. Virginis Maxime dicitur Missa quae sequitur. Introitus est: Egredimini, & Oratio: Omnipotens sempiterna Deus. Epistola & Evangelium sicut modò. Secreta: Sanctifica Domine, &c. Post Communionem: Repleti vitalibus alimonijs & divinis mysterijs supplices te rogamus Omnipotens Deus, ut *B. MARIAE* semper Virginis, ejus venerandam celebramus Conceptionem, pia interventione, quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Et in fine dicitur: Impetratur, si videtur R. P. Magistro sacri Palatii. P. Viceger. Fr. Thomas Zobbius sacri Palatii Magister. Et ego Frater Franciscus Gonzaga Minorum Generalis confirmo & concedo quòd datur praelo. Datum Bononiae die 14. Septemb. 1584. Venetijs apud Joannem Variscum 1585.

Item: Incipit Ordo Missalis Fratrum Minorum secundum consuetudinem Romanae Curiae. 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE* duplex majoribus litteris, & Missa communis. Est MS. in Bibliot. D. D. Cardinalis Mazarini in charta pellicea, num. 19. & aliud num. 29. Oratio: Famulatus.

Moguntinum, quampluribus iconibus tum ex munito. ejusdemque vetustissimis exemplaribus, &c. *Concep.* impress. Moguntiae 1602. in folio, & 1611. Coloniae 1570. Missa: Gaudeamus.

Monachorum Cassinensium: In festo Conceptionis gloriosissimae Virginis *MARIE* Introitus: Salve sancta Parens, &c. Postcommunio: Repleti vitalibus alimonijs, & divinis reparati mysterijs supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut beata *MARIE*, ejus venerandam colimus Conceptionem &c. Venetijs 1580. Ibidem.

Monasteriense MS. *Conceptio Beatae MARIE* Gaudeamus, cum imagine & titulis. Prosa: Ave preclara. Coloniae 1520.

Montis Aragonum: In Conceptione Beatae *MARIE* Introitus: Gaudeamus, fol. 315. Impress. 1559.

Morinensis Ecclesiae: In festo Conceptionis Beatae *MARIE* Missa: Gaudeamus. Rothomagi 1523. in 4. & Parisijs cum Prosa speciali.

Item, Missale antiquum habebat Officium seu Missam specialem de Conceptione Virginis *MARIE*, & in Hymno canebat:

In utero suae Matris  
illa Sancto Dei Patris  
Spiritu replebitur.  
In ventre sanctificata  
Statim cum haec erit nata,  
*MARIA* vocabitur.

Vide apud Antonium de Balinghen in Parnasso Mariano fol. 3.

Mozarabe, seu mixtum secundum Regulam B. Isidori, iussu R. S. S. D. D. Francisci de Ziferos editum, habet Missam in Conceptione Beatae Virginis *MARIE*. Impress. anno 1500.

Noviomenise: *Conceptio* majus duplex. Impress. Parisijs 1541.

Ecclesiae S. Nicolai in Nussia antiquum, die 8. Decembris: In Conceptione *MARIE* Virginis Missae Introitus: Gaudeamus. Collecta: Deus ineffabilis misericordiae &c. Commemoratio Eucherij Episcopi. MS. in Bibliot. D. D. Cancellarij Parisien. in folio.

In Pacensi Cathedrali Ecclesia extat antiquum Missale typis antiquioribus mandatum, principio, folijs & titulis carens; sed ad calcem sic habet: Ad gloriam & laudem Jesu Christi nostri Redemptoris ejusque gloriosissimae Matris Virginis *MARIE*, & in honorem totius caelestis militiae explicitum est hoc sacrum Missale secundum almae Ecclesiae Pacensis consuetudinem, de mandato Reverendissimi ac Magnificentissimi Domini Petri Gundisalvi Manso ejusdem Ecclesiae dignissimi Praesulis, ac ejus auctoritate, pervigili diligentia emendatum, tersum atque lucidatum. Agite ergo vos, venerandi Sacerdotes, innumeras altissimo Deo gratias; quia ipso annuente, hoc tam praeclearum opus in suam pervenit perfectionem. Impress. Hispali per Joannem Croberger, ann. Incarnat. Dominicae M. D. XXIX. Pontificatus Sanctissimi Patris nostri Papae Clementis VII. anno septimo, imperante invictissimo ac potentissimo Caesare Carolo V. felicissimo Hispaniarum Rege, anno sui imperij decimo, 15. die Octobris. Inter festa Decembris ad fol. 220. sic habet: In festo Conceptionis Sanctae *MARIE* Officium: Gaudeamus omnes in Domino, &c. de cujus Conceptione gaudent Angeli, &c. Oratio ut in Breviario relato supra. Lectio libri Sapientiae, Dominus possedit me, &c. Alleluia: Celebris dies colitur, in qua Virgo concipitur, quae per obedientiam mundo refudit gratiam; ut quod corrumpit per Evam, relevetur per *MARIAM*. Alleluia. Initium S. Evangelij secundum Matthaeum. Liber generationis Jesu Christi. Offertorium: Recordare Virgo Mater, &c. Secreta: Unigeniti tui vas... Praefatio: Et te in Conceptione B. Communicanda: Ave Regina caelorum, Mater Regis Angelorum, o *MARIA* flos virginum velut rosa vel lilium funde preces ad Filium pro salute fidelium. Oratio post Commun. Mensae caelestis participes effecti &c. ut qui festum Conceptionis Christi Genitricis *MARIE* colimus, &c. In fine Missae habet hanc rubricam: Per octavas dicantur, ut in officio communi de Beata Virgine, exceptis Orationibus quae dicuntur ut supra in die.

Pampilonense MS. sub hoc titulo: Officium Conceptionis Beatae *MARIE* Virginis editum de mandato Sixti Papae IV. cum Indulgentijs festivitatis Corporis Christi Introitus: Egredimini.

Missale Palentinum à D. D. Christophoro Fernandez à Valtodono Episcopo & Perniae Comite excusum, &c. folio 210. habet hanc rubricam: In Conceptione Virginis *MARIE*. Hodie tollitur Interdictum ex decreto Leonis X. potissime in Hispania, & tollitur à primis Vesperis usque ad secundas octavi diei inclusive, excepto Completorio.



rio. Ad Missam Introitus: Egredimini & videte, &c. Impress. Palentia anno 1568. in folio.

Missale secundum utrumque insignis Ecclesie Parisiensis: In Conceptione B. MARIE rubris litteris Introitus: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem fervorum tuorum, &c. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Hac clara. Alia Prosa: Dies iste celebretur in quo pie recensetur MARIE Conceptio, &c. Antiquum absque anno impressi. habetur in Conventu Patrum Carmelitarum Parisien. in folio; & aliud impress. apud Simonem Bostre in 8. duplex solemne.

Missale insignis Ecclesie & Diocesis Parisiensis novissime diligenter recognitum & emendatum 6. Idus Decembris: Conceptio Beata MARIE duplum solemne. Ad Missam: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem, cum duabus Prosis. Parisijs 1557. in 4. & 1600. & 1590. & 1555. & 1531.

Missale Ecclesie Parisiensis ab aliquot ejusdem Ecclesie Canonicis ac Doctoribus Theologis, ad id à Reverendissimo D. Joanne de Bellaio S. R. E. Cardinali, & nuper Parisiensis Episcopo, &c. emendatum: In Conceptione Beata MARIE, ad Missam Introitus: Gaudeamus. Oratio: Supplicationem. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Dies iste celebretur, in quo pie recensetur Conceptio MARIE, &c. Excus. Parisijs ann. 1559. in folio magno.

Parisense Missale habet Missam de festivitate Conceptionis cum Hymno speciali, in quo sparsum de Beata Dei Genitrice dicitur:

Omni carens amaritudine.  
Granum purum excussa palea.  
Porta Sion inexpugnabilis.  
Æs candidum, florens lilium  
Inter spinas, &c.  
Plena semper donis celestibus.

Ita Antonius Balinghen in Parn. Marian. fol. 8.

Placentina Ecclesie Missale à D. Guterio Carvajalio Episcopo, &c. fol. 363. habet magnam Iconem de Immaculata Virginis Conceptione, & in superiori parte hæc verba: Caro Virginis ex Adam sumpta maculas Adæ non admittit, Bernardus. Et in Missa de Conceptione Virginis MARIE Introitus: Gaudeamus omnes. Oratio: Deus qui per Immaculatam V. Conceptionem, &c. Impress. Venetijs 1554. in fol. magno per Antonium Porresa Magistrum & Canonicum Placentinum.

Polonium, fol. 87. In festo Conceptionis B. MARIE Virginis Introitus. Gaudeamus. Oratio: Omnipotens sempiternus Deus, qui Conceptionis diem, &c. Epistola: Dominus possedit me. Alleluia: Virginis sanctificatæ miranda Conceptio gratiæ mundo collata fuit ab initio exemplar & ratio. Sequentia: Conceptio MARIE Virginis. Communio: Ab æterno ordinata sum & ex antiquis antequam terra fieret; nondum erant abyssi & ego jam concepta eram. Et in Oratione: Cujus venerandam celebramus Conceptionem, &c. Impress. anno 1501. in fol.

Proprium Ordinis Prædicatorum habet festum, sub titulo Conceptionis Virginis MARIE. Impress. Hispali 1630. ut refert, P. Christophorus de Vega in Theolog. Mariana Palest. 3. cert. 7. num. 279. folio 81.

Et Breviarium Ordinis Prædicatorum manusc.

die 8. Decemb. Conceptio Beata MARIE Virginis totum duplex, rub. lit. Extat in Conventu S. Honorati manusc. Et impress. cum Horis antiquis Beata Virginis Gallie 6. Idus Decembris: La Conception, rub. lit.

Dominicanum Missale, in quo omnia que in alijs remittuntur, plenè præscribuntur: Conceptio Virginis totum duplex. Parisijs 1616.

Secundum Ordinem Fratrum Prædicatorum S. Dominici reformatum, &c. die 8. Decembris Conceptio S. MARIE Virginis totum duplex, rub. lit. & fol. 134. ubi citat Missam; adducit Missam de Purificatione B. Virginis, & in toto Missali nullam aliam pro Conceptione. Impress. Parisijs ex Officina H. de Marnef, apud Dionysium Cavellat 1604. in folio magno. Item, extat aliud Insultum apud August. cum rubrica de Conceptione absque principio & fine, & est antiquum.

Secundum ritum & ordinem Sacri Ordinis Præmonstratensis autoritate Reverendiss. D. D. Joannis de Pinetis Abbatis Præmonstratensis, &c. 6. Idus Decembris: Conceptio Sanctæ MARIE Virginis triplex. Quam rubricam solum habet in die Nativitatis Domini. Impress. Parisijs 1578. in fol. Et ibidem 1608. & 1622. à Petro Golefij Abbate, &c.

Rhemensis manusc. Conceptio Beata MARIE Virginis grossum duplex, ut in Nativitate. Rhemii 1553. & Parisijs 1515. dupl.

Romanum Missale antiquum, in Hymnis de Conceptione Beatissima Virginis MARIE habet plura pro eius immunitate à peccato, quorum præcipua sunt sequentia:

Hæc concepta miro modo  
Est ut rosa cum nitore  
Et ut candens lilium.  
Vt fructus exiit a flore  
Est producta cum pudore  
Præventa per Filium.  
Sicut ros non corruptitur  
Quando in terra gignitur  
Elementi rubigines  
Sic Virgo non inficitur  
Cum in matre concipitur,  
Originali crimine, &c.  
Ave ô dulcis MARIA  
Christi Mater & filia,  
Vlla sine macula.  
Tu à Deo fabricata  
In Conceptu præservata,  
Nulla trabis scelerata, &c.  
Virgo Mater sterili,  
Et ex patre nobili  
Carens labe flebili,  
Oriunda, &c.

Hæc, & alia extant apud Antonium de Balinghen in Parn. Marian. à folio 23. usque ad folium 29.

Missale secundum consuetudinem Romanæ Curie antiquum in charta pecorea MS. die 8. Decembris: Conceptio Sanctæ MARIE Virginis rubris characteribus. In Biblioth. D. D. Card. Barber. num. 6518.

Missale secundum consuetudinem Romanæ Curie antiquum in charta pecorea: In festo Conceptionis B. Virginis MARIE Introitus: Sanctificavit



vit hodie tabernaculum suum Altissimus, & Deus in medio ejus non commovebitur. Psal. Quam dilecta, &c. Oratio: Veneranda, Domine, hujus diei festivitas opem nobis conferat & salutem, in *yma Sancta Dei Genitrix concepta labem non sensit corporalem*: nec enim transfusæ mortis nexibus deperiri potuit, quæ Unigenitum tuum de te genuit incarnatum Dominum nostrum: IESUM Christum Filium tuum, &c. Extat in Biblioth. D. D. Card. Barb. num. 1660. in 4. Existimo, quod hoc erat, quo urebatur Joannes XXII.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Incipit ordo Missalis secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ. 6. Idus Decemb. *Conceptio Virginis MARIE*, rubris litteris. Est in Biblioth. D. D. Card. Mazarini in charta pellicea & antiquis characteribus MS. num. 28.

Missale Romanum ex decreto sacrosancti Concilii Tridentini restitutum: *In Conceptione B. Virginis* Introitus: Salve sancta Parens, &c. Venetijs 1583. in folio in Biblioth. D. Card. Barb.

Missale Romanum summa revifum diligentia, & novissimè impressum, & in duas partes distinctum, folio 185. *In Conceptione Virginis MARIE*, Introitus: Egredimini, &c. Venetijs 1563. in folio in Biblioth. D. D. Card. Barber.

Missale Romanum ad sacrosanct. Romanæ Ecclesiæ usum, nunc cum varijs additamentis, &c. *In Conceptione B. V. MARIE*, ad Missam: Egredimini &c. Missæ officium de Immaculata Virginis MARIE Conceptione ex Concilio Basileen. Introitus: Gaudeamus, &c. Parisijs 1529. in 8.

Romanum ex decreto sacri Concilii Tridentini: *In Conceptione Beatæ MARIE Virginis*. Impress. Parisijs 1600. & aliud 1639. & aliud Colonia anno 1629.

Romanum: *In Conceptione Virginis MARIE*, folio 18. Impress. Venetijs 1534.

Missale secundum Romanæ Curie consuetudinem in alma Civitate Neapolit. sub invictissimo Ferdinando Rege feliciter impressum, per Bernardinum Siculum Ordinis Minorum summâ operâ adhibita diligentissimè emendatum anno salutis 1482. *In Conceptione Virginis MARIE*. Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. ut in Officio Nogarolis. Extat in Biblioth. D. D. Cardin. Barber.

Missale Romanum revifum & emendatum per F. Petrum Ribabenum Ordinis S. Francisci, folio 1580. *In Conceptione Virginis*: Egredimini & videte, &c. Impress. Venetijs 1508.

Missale Romanum per Joannem Maylin, aliàs de Cambray 1518. fol. 153. *In Conceptione*: Egredimini &c.

Missale Romanum summâ diligentia castigatum ob Sacerdotum commoditatem, &c. infra characteribus MS. habebat: Pro usu sacri Concilii Tridentini emptum Venetijs 1561. die 24. Decembris, folio 156. *In Conceptione B. MARIE Virginis* Introitus: Egredimini & videte &c. Impress. Venetijs 1558. Extat in Biblioth. D. D. Card. Barb.

Missale ad usum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ &c. impressum Parisijs per Joannem Amaneur 1553. *In Conceptione B. MARIE Virginis*, ad Missam: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam, &c. Missæ officium de Immaculata Virginis

*MARIE* Conceptione ex Concilio Basileensi: Gaudeamus, &c. Est in folio. Et aliud cum eadem rubrica. Parisijs 1511. in charta pellicea.

Missale Romanum ordine absolutissimè consummatum, &c. characteribus antiquis impress. folio 158. *De Conceptione Virginis MARIE* Introitus: Egredimini &c. Impress. Venetijs, anno 1547. in folio.

Item, aliud ad usum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cui accessit celebrationis Missæ ordo, &c. sic habet: *In Conceptione Beatæ Virginis MARIE*, ad Missam Introitus: Egredimini & videte. Ibi extat etiam Missa ex Basileensi Concilio, ut supra manet notatum. Impress. 1542. in 4.

Missale ad usum sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ, fol. 132. *In Conceptione Beatissimæ Virginis MARIE* Introitus: Egredimini, &c. Et habet quatuor Profas fol. 232. ut in alio Missali Romano impress. Lugduni 1542. in folio.

Missale Romanum, hoc est, ad usum seu observantiam Romanæ Ecclesiæ, &c. folio 165. *In Conceptione Beatissimæ Virginis MARIE* Introitus: Egredimini, &c. Item, in Profis habet pro Conceptione Virginis Profam unam, quæ incipit: Cor devotum elevetur. Alteram: Dies læta celebratur. Alteram: Salve sponsa Deitatis, & alteram: *MARIE* Conceptio, &c. Impress. Lugduni anno 1530. & 1535. in 4.

In Missali Romano edito, anno 1555. habentur tres Missæ propriæ de Conceptione. 1. Introitus est: Egredimini, ut in proprio Minorum. 2. Gaudeamus; & dicitur esse ex Concilio Basileensi. 3. item Egredimini, in qua habentur verba hæc inferenda in Gloria in excelsis: Tu solus sanctus *MARIAM* fabricasti. Tu solus Dominus *MARIAM* ab originali peccato mundasti. Tu solus Altissimus *MARIAM* super omnes Choros Angelorum sublimasti *IESU* Christe, &c. Præfatio item, ejusmodi: *Eternæ* Deus, qui dilectâ sponfam tuam gloriosam *Virginem MARIAM* omnibus virtutibus ornata condidisti, & in purissima ejus Conceptione ab originali peccati macula illasam custodisti, ut totius esset innocentie speculum & exemplar sanctitatis, dignumque existeret habitaculum unigeniti Filij tui Domini nostri *IESU* Christi. Per quem, &c.

Missale Romanum, folio 159. *In Conceptione Beatæ Virginis MARIE* Introitus: Sanctificavit hodie tabernaculum suum Altissimus, &c. Oratio: Deus ineffabilis misericordiæ, &c. Impress. Cæsaraugustæ 1543. in 4.

Missale Romanum, folio 158. *In Conceptione Virginis MARIE* Introitus: Egredimini, &c. Lugduni 1545. in folio.

Missale Romanum novissimè ordine quodam novo impressum, &c. folio 170. *In Conceptione Beatæ MARIE Virginis* Introitus: Egredimini & videte, &c. cum reliquis, ut in officio Minorum excusum Venetijs 1540. in 4. & 1501. per Benedictum Locatellum, & 1519. apud Gregorium de Gregorijs in fol. 1508. cum eadem Missa, & aliud ubi ponitur eadem Missa cum octava. Parisijs 1519. & Venetijs 1543. & 1539.

Missale manusc. Romanæ Curie, Insulis apud Augustinianos: *Conceptio* duplex majus. Missa: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam. Item aliud antiquissimum habet festum Conceptionis.

Missale Romanum ex Decreto sacro-sancti Concilii Tridentini restitutum, ac Pij V. Pont. Max. jussu editum, ad diem octavam Decembris: *In Conceptione*



ceptione Sancte *MARIÆ Virginis* Introitus: Salve sancta parens. Oratio: Famulis tuis, &c. Impress. Venetijs 1597. in folio. Et aliud cum eodem Introitu, folio 8. Antuerpiæ 1577.

Missale speciale noviter impress. ac diligenter emendatum ac castigatum additis nonnullis Missis novarum festivitatum, & impress. Basileæ 1519. fol. 58. In festo Conceptionis Missa specialis.

Missale Romanum: In Conceptione Beatæ *MARIÆ Virginis* Introitus: Salve sancta Parens. Oratio: Famulis tuis. Epistola: Dominus possedit me. Evangelium: Liber generationis. Impress. Venetijs 1583. in folio.

Missale Romanum peroptimè ordinatum ac diligenti studio castigatum, &c. In Conceptione Beatæ *MARIÆ Virginis* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Impress. per Stephanum Ballant, anno 1558. in 4.

Missale Romanum ex Decreto sacro-sancti Concilij Tridentini restitutum, Pij V. Pont. Max. jussu editum, ad diem 8. Decembris: In Conceptione Beatæ *MARIÆ* dicitur Missa de ejus Nativitate, quæ habetur Mense Septembris, mutato nomine Nativitatis in Conceptionem. Impress. Venetijs 1584. in 8. regali.

Missale reformatum juxta Decretum Concilij Tridentini à Pio V. Pont. Max. De Conceptione Beatæ *MARIÆ* dicitur Missa de ejus Nativitate, quæ habetur in Mense Septembris fol. 209. mutato nomine Nativitatis in Conceptionem. Impress. Venetijs 175. à tergo. Non habebat annum impressionis.

Item in altero Missali folio 155. sunt eadem ferè verba, & in altero impress. anno 1596. fol. 139. similiter & in altero impress. 1597.

Missale Romanum ordine absolutissimo confirmatum: In Conceptione *Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. folio 148. Impress. Venetijs 1554. in folio.

Missale Romanum ad longum absque ulla requisitione: In festo Conceptionis Sanctissimæ *MARIÆ Virginis* duplex majus. Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. fol. 228. Lugduni 1550. in 4.

Missale Romanum: In festo Conceptionis Beatissimæ *Virginis MARIÆ* Introitus: Egredimini. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. folio 134. Impress. Venetijs 1558. in fol.

Rothomagensè Missale: Conceptio *B. V.* sicut in Nativitate. Parisiis 1526. in 8.

Missale Salisburgense, fol. 4. De Conceptione Beatæ *Deiparæ MARIÆ Virginis* ad Missam: Gaudeamus omnes, &c. Et adducit specialem Sequentiam, quæ incipit: Dies iste celebretur, in quo piè recensetur *MARIÆ* Conceptio. Impress. Parisiis 1555. in folio. De hoc etiam Antonius Balinghen in Parnasso. Mar. folio 6.

Ad usum Ecclesiæ Salisburienfis optimis formulis, ut res ipsa indicat, diligentissimè revisum ac correctum, & in proprio festorum, fol. 4. In Conceptione *B. MARIÆ* officium: Gaudeamus, &c. Oratio: Supplicationem. Epistola: Ego quasi vitis. Prosa: Dies iste celebretur, &c. absque anno impressionis in Biblioth. D. D. Card. Mazarini, in fol. Et aliud Parisiis apud Joannem Amazeur, in fol. antiquis characteribus.

Missale ad usum insignis Ecclesiæ Sarum in Anglia, die 8. Decembris: Conceptio Beatæ *MARIÆ Virginis* minus duplex, novem Lectionum. Ad Missam omnia fiunt sicut in Nativitate ejusdem cum Processione, verbis tamen Nativitatis mutatis in Conceptionem: hoc quod dicitur in Nativitate, dicitur in Conceptione, sed sine Gloria in excelsis Deo, & sine Ite missa est. Londini 1508. in 4.

Spirensè per D. D. Ludovicum Helmsat Episcopum Spiren, die 8. Decembris: Conceptio *S. MARIÆ* duplex novem Lectionum rubris litteris, & folio 146. Missa: Gaudeamus. Oratio: Famulis tuis. Sequentia: Ave præclara maris Stella, in lucem gentium *MARIA* divinitus orta, &c. Est peculiaris. Impress. Spiris, anno 1500. in fol. magno.

Missale ad consuetudinem insignis Ecclesiæ Sufflioniensis: Conceptio Beatæ *MARIÆ Virginis* triplex solemne. In Conceptione *B. MARIÆ Virginis* Introitus: Gaudeamus. Oratio: Famulistuis. Epistola: Lectio Ezechielis Prophetæ. In diebus illis, converti me ad viam portæ sanctuarij exterioris, &c. Prosa: Ave *MARIA* gratiâ plena. Est singularis & abloque anno impressionis in infantia Typographiæ impress. in 4. In Ecclesia Cathedrali Tornacen.

Tornacensè Missale habet officium de Conceptione *Virginis MARIÆ*; & in Hymno postquam vocavit *Virginem* fabricatam manu Sapientiar, granum sine palea, &c. inquit:

Gaude rosa pura, decens,  
Speciosa, semper recens,  
Flos immarefcibilis,  
Stirps beata, &c.

Ira apud Anton. Balinghen in Par. Marian. fol. 4. Et aliud impress. Antuerpiæ 1540.

Trajectensè Missale habet Missam de festo Conceptionis *Virginis MARIÆ* cum Hymno speciali, & incipit sic:

Dies illa celebretur  
In qua piè recensetur  
Conceptio *MARIÆ*, &c.  
O quam solix & præclara,  
Nobis grata, Deo chara  
Fuit hæc Conceptio, &c.  
Nova Mater novam prolem,  
Nova stella novum solem  
Novâ profert gratiâ, &c.

Alia plura adducuntur ibi pro *Virginis puritate*. Vide apud Balinghen, fol. 6. & 29. & 32.

Trajectensè impress. Leodij 1514. & Parisiis 1507. in fol. In Conceptione *B. Virginis MARIÆ* summum. Ad Missam Introitus: Gaudeamus. Item, Breviarium Trajectensè adducit officium speciale de Conceptione, & in Calendario dicitur: Conceptio *B. MARIÆ* summum. Hac die solum dicitur Te Deum in Adventu. 1508. in fol. Et aliud impress. Antuerpiæ 1540.

Vedastinum antiquum manus. existens Atrabati in Monasterio S. Vedasti Benedictinorum: Conceptio Sanctæ Dei Genitricis *MARIÆ* duplex dies eg. rubris litteris, sicut in die Nativitatis Domini. Et folio 217. Conceptio *S. MARIÆ*. Officium: Rorate cæli desuper. Collecta: Deus qui de *B. Mariæ*. Epistola: Egredietur, &c. Item, ibidem aliud: Conceptio *B. MARIÆ Virginis*, manus.

Viconiensè existens in eodem Monast. prope Valencenas triplicatum: Conceptio *B. MARIÆ*, rub. litt. Est manus.

Viridunensè, impr. 1508. de Concept. Gaudeamus.



Xantonense Pictavij : In nomine sanctæ & individue Trinitatis, incipit Missale ad usum Xantonensem. Ad diem 8. Decemb. In Conceptione B. MARIE Virginis Introitus : Gaudeamus, &c. Alius Introitus : Gloriosa Virginis MARIE Conceptionem hodiernam devotissime celebremus, cuius vita inclita cunctas illustrat Ecclesias, &c. Oratio : Deus ineffabilis, &c. cum Prosa, ut in Nativitate. Impress. Pictavij 1506. in 4.

Missale Zagrabienſis Ecclesiæ cum figuris, & optimis characteribus, &c. folio 143. In festo Conceptionis sanctæ MARIE Virginis omnia sicut in festo Nativitatis ejuldem, sed Oratio : Deus ineffabilis, &c. Impress. Venetijs ad ann. 1500. in folio. In Bibliotheca D. D. Card. Barberini.

MONALDUS Justinopolitanus Dalmata, Ordinis Minorum & Archiepiscopus Beneventanus ac Martyr, in 3. Sententiarum dist. 3. articulo 1. scripsit quæstionem pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione, ut referunt multi : Daza cap. 6. Andreas de Peruzzinis folio 107. Euseb. Nie-remb. lib. de Exception. folio 519. Pistoia fol. 158. Item, edidit Sermonem de Conceptione Virginis MARIE ad annum 1330. Ex Possævino & Leone classe 7.

MONALDUS Rosarius, sive de Rosarijs, Aquitanus Ordinis Carmelitarum, scripsit de Beatissime Virginis Conceptione Librum unum. Vide Hippolytum Marraccium in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1509. Possævino, & Leonem classe 6. Pistoiam fol. 155.

MONASTERIA. Maceratensis Conventus Capuccinorum dicatus est Immaculata Conceptione, ut patet ex ejus subscriptione. Vide verb. Centum Alculanus.

Cairus Conventus Ordinis Sancti P. N. Francisci in Provincia Januensi habet Sacellum, in quo Societas Chordigerorum est aggregata sub titulo Immaculata Conceptionis Deiparæ Virginis MARIE, ut refert Bonaventura Tattis de Genua in Relatione illius Provinciae folio 60.

Cameranæ Conventus Conceptionis Ordinis Minorum. Ex Francisco Lonavio folio 679.

Bernardina Provincia, seu Sanctæ MARIE Angelorum majoris Poloniae Ordinis Sancti Patris N. Francisci, habet plures Conventus ac Monasteria sub titulo Immaculata Conceptionis Virginis MARIE, de quibus vide verb. Ludovicus Zoaszinus & Sucevici, Syracoviense, Rozminienſe, Lancienſe, & Calincenſe Monasterium.

Januensis Provincia Ordinis Sancti Patris N. Francisci, habet Conventum sub titulo sanctissime Conceptionis Virginis MARIE, ut videre est verb. Dionysius à Genua.

Lancienſis Conventus in Provincia Poloniae Archiepiscopatus Gneznens. ad annum 1632. erectus fuit sub titulo Immaculata Conceptionis B. Virginis, ut refertur in Chronologia Provinciae Poloniae, folio 630.

Syracoviensis Conventus in Provincia Poloniae, à Diocesi Posnaniensi fuit erectus anno 1619. sub titulo Immaculata Conceptionis Virginis MARIE. Ita Frater Ludovicus Bazinus in Chronologia Provinciae Poloniae MS. folio 608.

Sucevici Conventus in Diocesi Uladislavien. in Regno Poloniae erectus fuit sub titulo Immaculata Conceptionis B. Virginis MARIE, an. 1625. Ita in Chronologia Provinciae Poloniae folio 615.

Aracani Conventus Ordinis Minorum in Provincia Sancti Francisci in Umbria, habet quandam imaginem sanctissime Conceptionis MARIE Virginis antiquissimam, id est tempore Sancti Patris nostri Francisci depictam, &c. Ita Frater Bonaventura de Stroncone in Relatione illius Provinciae, folio 85. manuſc. Item, ibidem est erecta Confraternitas sanctissime Concept. Beatæ Virginis MARIE, &c. Idem fol. 60.

Saxellenſis Conventus Ordinis Sancti Patris N. Francisci in Provincia reformata Januensi erectus fuit & admissus solempni pompa, an. Domini 1615. sub titulo sanctissime Conceptionis Virginis MARIE, ut latè refert Frater Dionysius à Genua in Relatione prædictæ Provinciae MS. folio 99. Extat scripta in folio.

Sanctæ MARIE Angelorum Provincia reformata minoris Poloniae Ordinis Sancti Patris nostri Francisci, habet in majori ac minori sigillo sculptam imaginem Immaculata Conceptionis Virginis MARIE, ut videre est in Relatione prædictæ Provinciae MS. folio ultimo facta à R. P. Cypriano Gozdecio anno 1647. in 4.

Vallis Mazarij Provincia in Regno Siciliae Ordinis Sancti Patris nostri Francisci, habet Ecclesias, Monasteria, Conventus, Capellas & Altaria sub titulo Immaculata Conceptionis Virginis MARIE, ut videre est verb. Ludovicus ab Angento.

Rozminienſis Conventus in majori Poloniae an. 1626. erectus fuit sub titulo Immaculata Conceptionis Reginae caelorum, ut refertur in Chronologia prædictæ Provinciae folio 618.

Valentinum Monasterium fundatum an. 1320. sub tit. paræ Conceptionis. Escolanus libro 5. capite 9. folio 950.

Zallyniense Monasterium Monialium tertij Ordinis S. P. N. Franc. in Regno Poloniae erectum fuit sub titulo Immaculata Conceptionis Virginis MARIE, anno 1606. ut dicitur in Chronologia Provinciae Poloniae folio 692.

MONETÆ cum imaginibus inſculptis Immaculatae Conceptionis sunt in Romana curia sequentes. Clemens VIII. Pontifex Maximus, anno 1. sui Pontificatus in moneta argentea dicta tostò sculpsit imaginem Conceptionis cum inscriptione hac: *Tota formosa*, & ex adverso habebat stemmata Aldrovandina cum Pontificijs insignijs. Item, idem Clemens eodem anno primo cudit aliam monetam diversam à præcedenti, ut ex ipsa forma, dispositione ac characteribus constat, eum eadem inscriptione, scilicet : *Tota formosa*. Item, anno sui Pontificatus 2. excudit alteram Conceptionis monetam etiam argenteam cum supradicta inscriptione : *Tota formosa*. Item, Gregorius XV. Pontifex Maximus fecit aliam monetam cum imagine Immaculatae Conceptionis, & inscriptione hac : *Sub tuum præsidium*, absque anno, & ex adverso habebat stemmata domus Ludovici. Item, cudit aliam præcedenti similem diversam tamen sub eadem inscriptione : *Sub tuum præsidium*, & existimo, quod una fuerit publicata anno 1. sui Pontificatus, alia verò anno 2. Item, cudit aliam parvam dictam julium cum pulcherrima imagine Conceptionis & eadem inscriptione : *Sub tuum præsidium*.

Item, Urbanus VIII. Pontifex Maximus excudit monetam magnam, dictam communiter piastam anno 12. sui Pontificatus cum pulcherrima Conceptionis



ceptionis imagine & hac inscriptione: Sub tuum præsidium con. Ex aduerso erat effigies eiusdem Pontificis. Item, anno sui Pontificatus 20. excudit alteram monetam eiusdem magnitudinis & formæ cum eadem inscriptione, scilicet: Sub tuum præsidium con. Item, anno 14. sui Pontificatus alteram monetam dictam Tolton cum eadem inscriptione: Sub tuum præsidium, & ex aduerso effigies Pontificis. Item, edidit alteram eiusdem magnitudinis præterita, diversam tamè in omnibus, in qua non potui bene distinguere an fuerit anno 11. vel 12. vel 14. cum eisdem litteris: Sub tuum præsidium. Item, anno sui Pontificatus 20. edidit alteram cum eadem inscriptione: Sub tuum præsidium, & ex aduerso stemmata Barberina, scilicet Apes. Item, anno sui Pontificatus 20. edidit alteram in omnibus diversam à præcedenti cum eisdem insignijs. Item, eodem anno edidit monetam parvam, id est, iulium, cum eadem imagine Conceptionis & stemmatibus. Item, edidit alteram dictam grossum cum eadem imagine Conceptionis, & ex aduerso stemmata Barberina. Item, Innocentius X. Pontifex Maximus sui Pontificatus anno 2. excudit monetam cum imagine pulcherrima Conceptionis & hac inscriptione: Unde venit auxilium mihi. Item, Alexand. VII. Pont. Max. edidit monetam argenteam cum imagine Concept. De qua latè Euseb. Nierberg. in Opusculo speciali

**MONET** Magister Valentinus, cum in Ecclesia majori Valentina prædicasset contra Immaculatam Virginis Conceptionem exulavit è toto Regno, seque ad civitatem Salmantiensem contulit; in qua adedè devotus extitit *Immaculatissime Matris Dei Conceptioni, ut pro eius gloria & immunitate plures postea prædicaverit Serm.* Vide Morenum in lib. de Concep. cap. 5. fol. 363. & Append. Regest. Arm. Seraph. col. 665.

**MONSIEUR** de Languetterre Gallus, in libro dicto: *L'esclave de la Vierge MARIE*, à fol. 52. in mancipio tertio de Innocentia Virginis, agit de eius puritate & præsertim à peccato originali, & quòd, quamvis sit ex radice Adæ, non contraxit ejus amaritudinem, &c. per totum Caput, quod latissimum est. Lugduni 1624. in 8.

**MOSSEN** Antonius Latre Hispanus, edidit tria Hieroglyphica circa Immaculatam Conceptionem Virginis *MARIE*, & extant in libro de Concep. Sanct. Zapata, fol. 144.

**MURCIA** de la Llana Doctor Hispanus, in libro Rhetoricorum, part. 1. centuria ultima de Christo Domino & Immaculata Virgine *MARIA*, &c. fol. 142. inquit: Primus igitur à vaticinijs, præsignificationibus, adumbrationibus Prophetarum, Regum, Patriarcharum; quæquidem vaticinationes declarant summam hujus Virginis sanctitatem ab omni, etiam originali macula semper liberam, &c. Lib. impress. Matrini 1629. in 4.

**MUTIUS** Justinopolitanus Italus, in lib. Della Beata Vergine incoronata, de Conceptione ac Nativitate Virginis *MARIE* Caput unum, quod est primum in libro impress. Pefari 1567. in 4. & Mediolani 1585. etiam in 4. à fol. 9. Et in oratione ligata, fol. 69. inquit:

*Vergine sola al mundo preservata  
Dál mortal nostro universal defetto.*

Quæ verba B. Virginis omnimodam puritatem & à peccato originali præsertionem indicant.

**MUTIUS** S. Forcia Monopolitanus Italus, de Conceptione B. *MARIE* Hymnum unum in suo lib. Hymnorum, fol. 215. Impress. Romæ 1593. in 8.

N

**NAPOLEON** Comitoli, Episcopus Perusinus Italus, in libro Centum triginta Privilegorum gloriosæ Virginis *MARIE* Matris Dei, post alia privilegia de ejus electione ac prædestinatione, Privileg. 9. *Quòd fuit concepta MARIA absque macula peccati.* Privileg. 10. *Quòd Conceptionis Virginis MARIE incluse in ventre materno, primò celebravit Angeli in celo.* Privileg. 11. *Quòd MARIA fuit à Deo dilecta supra omnes creaturas.* Privileg. 12. *Quòd præcipue venit Filius Dei pro redimenda MARIA, quam pro omnibus alijs creaturis.* Privileg. 13. *Quòd gratia MARIE superavit omnes gratias omnium creaturarum, etiam simul sumptas.* Privileg. 17. *Quòd non fuit in MARIA fomes ad malum.* Privileg. 18. *Quòd in eodem tempore fuit in MARIA essentia & gratia.* Privileg. 19. *Quòd fuit MARIA impeccabilis à sua Immaculata Conceptione.* Privileg. 20. *Quòd MARIA meruit cum esset impeccabilis.* Privileg. 21. *Quòd MARIA habuit ab instanti sue purissime Conceptionis liberum arbitrium operans & in actu.* Privileg. 22. *Quòd MARIA fuit sanctificata in sua Conceptione concurrente cum usu liberi arbitrii.* Privileg. 23. *Quòd MARIA in ventre materno habuit eminentissimam scientiam.* Impress. Perusii anno 1615. in 4.

Item, in Decretis & Monitis Synodalibus Perusinis inter festivitates enumeravit Conceptionem Virginis *MARIE* Domine nostræ, ut constat ex lib. impress. Perusii, fol. 19. cap. 8.

**NASSO** vel Hasso Senior, natione Germanus & Pastor Francofordiensis, contra Wigandum Wirt seu Cauponum strenuè dimicavit pro Immaculata Virginis Conceptione, ut colligitur ex Dialogo ejusdem Wigandi. Impress. Oppenheim in 4.

**NATALIS** Beda, Doctor Paris. edidit in Jacobum Fabrum Stapulensem Commentaria sive impugnationes, ubi fol. 25. à tergo, littera D. impugnat quinq; propositionibus Fabri, ad finem confutationis earum sic inquit: Sunt hic militiæ Christianæ decem non gregarii milites, sed duces invicti, quibus quòd per Scripturas sacras convincitur originale peccatum in singulis Adæ filijs communi naturæ modo genitis (*Sæcula Dei Matre dempta*) esse, & non obligationem ad mortem seu mortis debitum; sed mortem illius esse pœnam, &c. Lib. impress. Parisiis 1526. in fol.

**NATAL** Gaber, Ordinis Beate *MARIE* de Mercede Redemptionis Captivorum Generalis, in Historia suæ Religionis affirmat: Quod portent vestes omnino albas in signum puritatis, vel (ut alij dicunt) in signum utriusque puritatis Virginis *MARIE*: nomine autem puritatis semper intelligit Religio illa puritatem Conceptionis Virginis, ut affirmat Sylvester de Saavedra in libro de Sacra Deiparâ, disp. 16. sect. 14. num. 653. folio 349.

**NAZARIUS** quidam absque alio nomine, edidit aliquos Sermones, præcipuè de Nativitate Virginis, & primus est super illud: Sapientia ædificavit sibi domum. 2. Orietur stella ex Jacobo De Assumptione verò habet duos; primum super illud: